


EX LIBRIS - ANTONIO BIANCHERI

2 opere in
un Volume

Anno 1803
e 1815

Filippo
Schiossi

# SPECIMEN
# INSCRIPTIONVM
# COEMETERII
# BONONIENSIS

BONONIAE

EX TYPOGRAPHIA IOSEPHI LVCCHESINII

A. MDCCCVIIII

# CAROLO OPPIZZONIO
## CARDINALI
### ARCHIEPISCOPO BONONIENSIVM

PHILIPPVS SCHIASSIVS

Relatum mihi est superioribus diebus, Carole Cardinalis Amplissime, quum Te ad Cœmeterium urbis nostræ ( quod facere sæpe soles ) contulisses, earum inscriptionum, quas ibi figendas scriptito, exemplar abs Te esse quæsitum. Quod simul atque intellexi, cum id mihi perhonorificum agnovi, tum minime commit-

tendum duxi, ut eas aliena potius manu, quam mea acciperes. Itaque schedas meas pervolutare statim, inscriptionesque illas relegere, in ordinem redigere, describere, quas ad Te deferrem; imo etiam, cum me non lateret, esse jam qui de iis edendis cogitaret, in vulgus proderem, Tibique, siquidem non abnueres, dicarem. Verum inepte me prorsus facturum censui, si universas (jam enim plusquam sexcentæ numerantur) congererem. Itaque earum delectum habui; delegi tamen ex plurimis non ita paucas, fortasse etiam plures, quam oportebat. Ut enim mittam, quantum illæ a summa, absolutaque elegantia absint, ne illud quidem me consequutum spero, ut in tanta præsertim argumentorum similitudine satietatem vitarim. Id tamen curavi, ut varietatem, quanta inscriptionibus hujusmodi inesse potest, in iis deligendis consectarer. Aliqua etiam varietas ex ipso generum discrimine exsistit. Quædam enim ad Cœmeterium ipsum, ejusque ferias, multæ ad viros, multæ item ad feminas, nonnullæ ad pueros, nonnullæ ad puellas, ad sacricolas aliæ, aliæ ad virgines Deo devotas pertinent, quas hoc ipso ordine contexui; sunt

aliquot etiam poeticæ, quibus extremum locum attribui. Id vero non diffitebor, eas dum exscriberem, addidisse me aliqua, aliqua dempsisse; in annis præsertim signandis ἐπόχην Christianorum unice sequutum, cæteras, quas per hæc tempora alias ex aliis subjicere oportuit, delevisse, quod eæ et minime necessariæ esse, et fastidium legentibus parere viderentur. Sed utrum recte, an secus fecerim, affirmare non audeo. Illud certe peropportunum sum arbitratus, libellum hunc meum prodire in lucem ea etiam de caussa, ut ex his potissimum, quæ mutavi, utilitatis aliquid caperent adolescentes harum rerum studiosi, quibus maxime prodesse velim; prodesse autem me existimo, vel si errores meos aperiam. Tum vero in harum inscriptionum editione festinanda id accidit percommodum, ut quas amanuensium culpa mire depravatas circumferri videbam, eas quam citissime, mendis saltem purgatas, incorruptasque, in manus hominum traderem. Quod si, quæ tua est, Vir Eminentissime, benignitas, hoc mihi dederis, ut opellam hanc, quantulacumque est, Tibi inscribam, tuoque nomine amplissimo exornem, nihil mihi, quod verissi-

me dico, neque optatius fuerit, neque jucundius. Incredibili enim cupiditate exardebam, quando me, fratresque meos maximis auxisti beneficiis, gratum Tibi animum publice testari meum, ejusque rei perficiendæ occasionem et exoptabam vehementer, et undecunque inquirebam: nunc autem præclare se mihi oblatam esse, etiam atque etiam lætor. Quamquam verendum mihi est, ne dum grate facere studeo, faciam impudenter. Prorsus enim sentio, quam isthæc mea sint exigua, quamque magnitudini tuæ parum respondeant. Sed fecisti Tu quidem humanitate in me tua, et benevolentia plane summa, ut pudorem dimitterem, mihique ipse persuaderem abs Te comiter inscriptiunculas exceptum iri, quas utut infacetiarum nomine improbes, officii profecto nomine non improbes. Sine igitur, eas Tibi consecrem; qua sane re ad immortalia tua in me merita maximus cumulus accesserit. Faxit Deus, ut et bononiensis Ecclesiæ bono, et tuo, quam diutissime valeas.

XIII. Kal. Oct. A. MDCCCVIII.

# AD LECTOREM.

*Inscriptionum specimen editurus, quas pro Cœmeterio urbis nostræ exaravi, credo equidem futuros non paucos, qui haud uno nomine id factum vituperent. Ac primum non deerunt, qui aut omnes edendas arbitrentur, aut nullas. Ego quidem nullas censuissem: sed cum editionem nonnullarum parari a quibusdam intelligerem (id quod prohibere nec debebam, nec poteram) quidni ego anteverterem, atque idem ipse delectum haberem? At vero alii delectum ipsum, quem habui, minus probabunt, quod quasdam ego admiserim, quas illi rejecissent; contra rejecerim alias, quas illi admisissent. Atque his quidem satisfacere perdifficile est: usque adeo morosum his de rebus hominum judicium esse solet. Qua de caussa erunt etiam fortasse, qui mutationes fecisse me aliquas quum animadverterint, non in melius mutasse me, sed in pejus, existiment. Quibus nihil respondebo: integrum enim est, ut judicio utatur quisque suo; neque certe umquam speraverim,*

*placere me omnibus posse, quando vix placui, aut ne vix quidem ipse mihi. Quod si, quas feci mutationes, easdem suis quasque locis subtexendas quispiam contenderit, huic enimvero affirmabo, tanti illas non esse, ut ea in re operam consumerem, præsertim cum harum mutationum pleræque aut ad nimiam inter proximas inscriptiones similitudinem tollendam, aut ad commodiorem versuum distributionem in pagellis efficiendam sint inductæ: quod unicuique editas hasce inscriptiones cum insculptis conferenti, facile, ut arbitror, innotescet. At commentaria certe, inquiet aliquis, subjicere debuisses, quibus inscriptiones illustrares tuas. Fecissem equidem, si aut iis obscurum quidpiam inesse putavissem, quod declarari oporteret, aut si, quando aliquid esset ejusmodi, non id omne fuisset ex clarissimi Morcellii libris, qui præ manibus omnium sunt, satis jam abunde declaratum. Tempestive tu sane, perget ille, Morcellium appellasti, quem scilicet ita imitatus es, ut expilasse videaris. Ego vero non Morcellium unum ajo, sed et Lanzium ex recentioribus, ex veteribus quotquot elegantiorum occurrerunt inscriptionum auctores penes Gruterum, Fabrettum, aliosque, neque enim dissimulo. Utinam autem in promptu*

*illa semper habuissem, quæ imitarer, vel, si mavis, expilarem. Nihil enim mihi optatius accidere poterat, quam ut in dictionibus, formulisque usurpandis et antiquitatis tueri me præsidio, et tantorum virorum auctoritate possem: neque vero aliud formidabam magis, quam si, cum novi aliquid efferri oporteret, id ex meo penu depromendum esset. Non enim is sum, qui in hoc stilo, in quo commutare temere, aut inflectere voculam nefas sit, probabile quidquam invenire me posse mihi arrogem. Quare id mihi multo magis cavendum putavi, ne a ratione hujus generis inscriptionum, quam et veterum exempla ostendunt, et Morcellii præcepta docent, vel paullulum discederem. Itaque etsi dictione qua simplici, qua ornata, qua singulari usus sum, adhibui tamen eadem fere semper initia, et apposita, easdem juncturas verborum, easdem particulas connexivas, ceteraque hujusmodi, ne scilicet ab antiquorum norma abluderem, tametsi ego isthæc subtiliter consectatus, quibusdam fortasse μονότονος nimis videri possim: quos profecto, si qui sunt, audiendos non puto. Sed vereor ego quidem, ne sint qui mihi succenseant, quod nonnullorum inscriptiones non evulgaverim, quorum illi memoriam in hunc etiam*

*modum propagari maxime concupivissent; quorum certe pietatem etiam atque etiam probo. At eorum memoriam si ita placet propagari, quando ipse non poteram, quod inscriptiones singulas non ederem, nihil sane impedio, quominus illi faciant: fecissem idem ipse, si ita illis placere sensissem, imo vero facere deinceps possim; quid enim vetat, ne appendicem aliquando adjiciam? Jam qui succenseant, quod iis inconsultis inscriptiones hasce emiserim, futuros arbitror nullos, quandoquidem quas ipsi incidi jusserunt, eas typis committi, par non erat quod recusarent; nisi si forte ex eo hominum genere fuerint (neque enim deest, quod re doctus affirmo, genus etiam hominum ejusmodi) qui quidquid ad Cœmeterium spectat, id ita aversantur, ut vel sola ejus recordatione offendi videantur, quasi ea recordatio proximæ jam mortis omen sibi futura sit. In alios etiam incidi, qui id vel maxime reprehendunt, quod et nimius jam inscriptionum usus, et cuilibet ex vulgo communis sit factus, quique honor esse paucorum deberet, universis jam pateat homunculis, et mulierculis. Atque hi sane monendi videntur, inscriptiones sepulcrales, cujusmodi hæ nostræ sunt, cum honorariis ne confundant; has quidem paucorum esse*

*oportere, paucos enim esse oportet, qui virtute præstent, illas autem plurimorum, quibus vel pietas, vel affectus hominum id officii persolvat. Omnino enim dandum est hoc pietati, et affectui, ut cineribus titulos superaddant parentes, filiique, et conjuges, et propinqui, et amici. At qui virtute præstiterint, ii splendidiore monumento, quemadmodum fieri interdum solet, decorandi sunt; neque mehercule, quod usus titulorum communis jam multis esse dicatur, eo honore spoliandi: quod tamen non sensisse tantum, verum etiam fecisse nonneminem, si curiosius inquisiveris, fortasse deprehendes; qui propterea mihi non modo non recte sentire, sed prope desipere visus est. Quid enim insipientius, quam qui ceteros antecellunt, eos idcirco jacere inglorios velle, quod et obscuri titulo aliquo honestentur? Inglorium profecto jacere illum decet, qui ita sentiat. Ceterum magnopere curandum est, ut qui præclare institutus est mos, idem invalescat in dies, multaque exsistant monumenta ejusmodi ad optimum, perpetuumque cum virtutis, tum vero etiam pietatis incitamentum.*

# PARTITIO INSCRIPTIONVM.

Inscriptiones pro Coemeterio ipſo, ejuſdemque Feriis pag. 1
Epitaphia Virorum 9
Epitaphia Feminarum 63
Epitaphia Puerorum 109
Epitaphia Puellarum 116
Epitaphia Sacricolarum 123
Epitaphia Virginum Deo Devotarum 141
Epitaphia Poetica. 149

# INSCRIPTIONES
## PRO COEMETERIO IPSO
### EIVSDEMQVE FERIIS

*In aditu Coemeterii.*

( I )

ANNO · MDCCCI
COEMETERIVM
PVBLICE · CONDITVM
DEDICATVMQVE
CVRAM · AGENTIBVS
V · VIRIS · VALETVD · TVENDAE

( II )

ALOISIVS · RVSCONIVS
EPISC · AMATHVSIOR ·
COEMETERIVM · AMPLIATVM
RITE · PIAVIT
A · D · XVI · KAL · AVG ·
ANNO · MDCCCII

(III)

*In singulis Coemeterii sedibus.*

LOCVS · SEPVLTVRAE
VIRORVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
FEMINARVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
PVERORVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
PVELLARVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
SACRICOLARVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
VIRGG · DEO · DEVOTAR ·

LOCVS · SEPVLTVRAE
MILITVM

LOCVS · SEPVLTVRAE
REORVM

LOCVS · MONVMENTORVM
QVAE · INLATA · SVNT · EX · AEDIBVS · SACRIS
PER · VRBEM · OCCLVSIS
PVBLICATIS

( IIII )

*Pro ſingulis monumentis inlatis .*
*Ad ſarcophagum Sanctorum Zamæ , et Fauſtiniani.*

CONDITORIVM
VBI · CORPORA
SANCTOR · ZAMAE · ET · FAVSTINIANI · EPISCOPOR ·
PRIMITVS · DEPOSITA · SVNT
INLATVM · ANNO · MDCCCIIII
EX · CRYPTA
QVAE · FVIT · AD · NABORIS · ET · FELICIS · MARTT·

*Ad lapidem Azonis Juriſconſulti.*

LAPIS · PRIMITVS · INFIXVS · TVRRI · AEDIS
QVAE · FVIT · GERVASII · ET · PROTASII · MARTT ·
INLATVS · A · MDCCCVII

*Ad monumentum Rolandini Romanzii Juriſc.*

EX · AREA · PROPE · A · TEMPLO
QVOD · FVIT · S · FRANCISCI
INVECTVM · ET · RESTITVTVM · A · MDCCCVII

*Ad toreuma Petri Cerniti Juriſconſulti.*

MARMOR · PRIMITVS · INFIXVM · PARIETI
IN · ADITV · COENOBI · FRATRR · AVGVSTINIANOR ·
QVI · FVERVNT · AD · IACOBI · MAIORIS
INLATVM · A · MDCCCVII

*Ad monumentum Alexandri V. Pont. Max.*

EX · TEMPLO · QVOD · FVIT · S · FRANCISCI
INVECTVM · ET · INSTAVRATVM
A · MDCCCVII

*Ad monumentum Hannibalis Monterentii Juriſc.*

EX · TEMPLO · QVOD · FVIT · S · FRANCISCI
INLATVM · A · MDCCCVII

*Ad monumentum Didaci De Vena Ducis.*

EX · AEDE
QVAE · FVIT · S · IACOBI · GENTIS · LEGNANIAE
DEVECTVM · A · MDCCCVIII

(V)

*Pro Diaeta Custodis Coemeterii.*

*Supra portam.*

DIAETA · CVSTODIS · COEMETERII

*Pro Cella Mortuaria ad S. Rochi.*

*Foris supra portam.*

AEDES · SANCTI · ROCHI
ET · CELLA · MORTVARIA

*Intus in pariete.*

V̄ · VIRI · VALETVDINI · TVENDAE
CADAVERIBVS · AD · COEMETERIVM · DEVEHENDIS
AEDEM · INSTRVXERVNT

A · MDCCCI

## INSCRIPTIONES

quae statis diebus in Coemeterio proponuntur.

( VI )

*In Feriis piorum Manium universorum.*
*Supra portam Templi.*

PARENTALIA
PIORVM · MANIVM · VNIVERSORVM

QVISQVIS · INGREDERIS
LINGVAE · PARCITO
BENE · PRECATOR · LITATO
QVOD · ET · LOCVS · POSTVLAT · MAXIME
ET · DIES

( VII )

*In aditu a prima ad secundam aream Coemeterii.*

OSSA · ET · CINERES
QVOS · VTRAQVE · CAPIT · AREA
ET · PORTICVS · ET · QVIDQVID · CONDITORIOR · EST
VOBIS · ESTO · QVIES · SEPVLTIS
BEATITAS · REDIVIVIS

(VIII)

*Ad imaginem Iesu Crucifixi.*

O · IESV · O · REDEMPTOR
PIIS · MANIBVS
QVI · TIBI · DE · ADMISSIS · POENAS · LVVNT
HODIE
BONVS · EXORARI · SINAS

(VIIII)

*Die anniversaria Dedicationis Coemeterii.*
*Supra portam Templi.*

PARENTALIA · CIVIVM
DIE · ANNIVERSARIA · DEDICATIONIS · COEMETERII

FREQVENTES · ADESTE · MORTALES
PACEM · SVPERVM · PIIS · MANIBVS · ADPRECANTES
VT · QVA · DIE · CINERIBVS · EORVM
CERTA · SEDES · EST · CONSTITVTA
EADEM · ET · ANIMIS
IVGITER · CONSVLTVM · SIET

( x )

*Pro mole funebri in medio Templo Coemeterii.*
*Ad latus dextrum.*

QVIETI
PIORVM · MANIVM
IMPETRANDAE
LITEMVS

*Ad latus ſiniſtrum.*

HOC · AGITE
CIVES
MOX · ET · VOBIS
PARENTABITVR

# EPITAPHIA VIRORVM

( I )

☧ IOSEPHVS · SARTIVS ☧

PISTOR

ANNORVM · L

PRIMVS · HVC · MANSVM · VENI

IDIB · APRIL · A · MDCCCI

( II )

THARSITIO · RIVIERAE

COOPTATO · IN · COLL · PHILOSOPHOR · ET · MEDICOR ·

SODALI · BENEDICTINO

SODALI · VICTORIANO · TAVRINENSI

MEDICO · CHIRVRGO · NOSOCOMII · MAIORIS

PRAESIDI · V · VIRVM · VALETVDINI · TVENDAE

QVI

ANATOMEN · CHIRVRGIAM · ARTEM · OBSTETRICIAM

PVBLICE · TRADIDIT

VIR · SCIENTISSIMVS · DISERTISSIMVS

AD · DOCENDVM · NATVS

VIXIT · A · XXXXI · OBIIT · XI · K · IVN · A · MDCCCI

V · VIRI · VALETVDINI · TVENDAE

OB · MERITA · POSVERVNT

( III )

☧

PETRO · RANVTIO
ADOLESCENTVLO · INGENI · ALACRIS
APTI · AD · ARTES · OPTIMAS
VIXIT · ANNIS · XV
OBIIT · VI · KAL · IVN · A · MDCCCI
HANNIBAL · RANVTIVS
ET · HIPPOLYTE · SIGNIA
HEV · PARENTES

( IIII )

☧ HIC · IACET ☧
DOMINICVS · DE · CARRETTO
MANCVRTIVS
DOMO · FORO · CORNELII
ADVOCATVS
PRAESES · CVRATORVM · AQVARVM
QVEM · OMNES · CONSENTIVNT · FVISSE
VIRVM · DOCTVM · ABSTINENTEM · GRAVEM
VIXIT · A · LXVIII
DECESSIT · IDIB · AVG · A · MDCCCI

( V )

HIC · SITVS · EST

EDVARDVS · SICINII · F · PEPVLVS · V · C ·

CVLTOR · EXIMIVS · MVSICES

VRBANARVM · FACETIARVM · LEPORE

LONGE · PRAESTANS

COMITATE · MVNIFICENTIA · RELIGIONE

CIVIBVS · SVIS · PROBATISSIMVS

VIXIT · A · LXX · DECESSIT · VI · ID · SEPT · A · MDCCCI

( VI )

☧ CINERIBVS ☧

I · CAESARIS · CINGARI

COOPTATI · IN · COLLEGIVM · MEDICORVM

SODALIS · INSTIT · BONONIENSIS

QVI · PATRIS · ET · AVORVM · LAVDEM

IN · MEDICINA · FACIENDA · DOCENDAQVE

VIRTVTE · SVA · CVMVLAVIT

LITTERAS · POLITIORES · EXCOLVIT

VERSVS · CONDIDIT · SVAVISSIMOS

PIVS · VIXIT A · LVI

OBIIT · XIII · KAL · NOV · A · MDCCCI

ALFONSVS · VIC · APOSTOLIC · CALLIENSIB · DATVS

ET · IOANNES · ET · ANNA

FRATRI · OPTIMO · BENEMERENTI

(VII)

☧

CINERIBVS · ET · PIETATI
ALOISII · DONINII
CALLIGRAPHI · PRAESTANTISSIMI
VIRI · MORIBVS · INTEGERRIMIS
BENIGNITATE · IN · EGENOS · SINGVLARI
QVI · VIXIT · A · XXXVIIII
OBIIT · NONIS · NOV · A · MDCCCI
AMICI · MOERENTES · P ·

(VIII)

A ☧ Ω

ALOISIO · MAZZONIO
HOMINI · PIISSIMO · SVAVISSIMO
QVI · VIXIT · AN · XXXVI
OBIIT · XII · K · DEC · A · MDCCCI
MARIA · VECCHIETTIA
VXOR
VTERO · GRAVIS
AD · LACRIMAS · RELICTA

(VIIII)

HIC · SITVS · EST
FELIX · IOANNIS · BAPT · F · BARONIVS
DOMO · RHODIGIO
PHILOSOPHVS · ET · MEDICVS
CVIVS · IMMATVRAM · MORTEM
CIVITAS · MISERATA · EST
AMICI · ET · FVNVS · DVXERVNT
VIXIT · A · XXV
DECESSIT · A · D · VII · ID · IAN · A · MDCCCII

(X)

OSSA
ROBERTI · ONDEDEI
DOMO · PISAVRO
ADVOCATI · ET · IVDICIS
PHILOLOGI · ERVDITISSIMI
CIVIS · OPTIMI
QVEM · DOCTRINA · ET · INTEGRITAS
PROBATISSIMVM
SVAVITAS · MORVM
IVCVNDISSIMVM · OMNIBVS · FECERVNT
VIXIT · A · LX
OBIIT · PR · K · MAIAS · A · MDCCCII

(XI)

CAIETANO · GANDOLFIO
SODALI · CLEMENTINO
LINEARIBVS · PICTIS · INCISIS · OPERIBVS
VEL · EXTERIS · NOTISSIMO
VIRO · PIO · MODESTO
QVAESTVS · CONTEMPTORI
VIXIT · A · LXVIII
OBIIT · XI · KAL · QVINT · A · MDCCCII
FILII · ET · AMICI
ET · CVLTORES · BONARVM · ARTIVM
QVI · EVMDEM · EXORNAVERVNT
FVNERE · ET · LAVDATIONE

(XII)

☧ HIC · IACET ☧
IOANNES · LVDOVICVS · CORALVPIVS
PHILOSOPHVS · ET · MEDICVS
QVI · SIBI · TESTAMENTO · FIERI · ROGAVIT
ARBITRATV · PETRI · BELLETTI · HEREDIS
VIXIT · A · LXXVII
OBIIT · XII · K · AVG · A · MDCCCII

(XIII)

☧ MEMORIAE ☧

CAROLI · BIANCONI

PICTORIS · PLASTAE · ARCHITECTI

SODALIS · CLEMENTINI

AB · ACTIS · ACADEMIAE · BRAIDENSIS

ANTONIVS · PETRVS · HIERONYMVS

FRATRIS · FILII · QVI · ET · HEREDES

FAC · CVR ·

NE · PATRVO · MEDIOLANI · DEFVNCTO

MONVMENTVM · IN · PATRIA · DEESSET

VIXIT · A · LXX · M · III · D · XXV

OBIIT · XVIII · K · SEPT · A · MDCCCII

(XIIII)

HIC · SITVS · EST

FRANCISCVS · ANT · VNGARELLIVS

A · RATIONIB ·

ANDREAE · IOANNETTI · CARD · ARCHIEP · N ·

VIR · IN · EXEMPLVM · INTEGER

VIXIT · A · LXXV · OBIIT · XVIII · K · SEPT · A · MDCCCII

RELICTIS · FILIIS · QVINQVE

AD · OPTIMI · PATRIS · SEPVLCRVM

COLLACRIMANTIBVS

(XV)

A ☧ Ω

ALOISIO · RINIERIO
FABRICATORI · ET · NEGOTIATORI · TEXTILIVM
QVI · VIXIT · A · XXXXVI
OBIIT · V · NON · OCT · A · MDCCCII
PAVLLVS · SAC ·
ET · IOS · ET · MARCVS · DOCTOR · LEGVM · TABELLIO
FECERVNT · FRATRI · KARISSIMO

(XVI)

IACOBO · GANDOLFIO
VETERINARIO
QVI · ARTEM · SVAM
PRIMVS · IN · PATRIA · PVBLICE · DOCVIT
VIXIT · A · LX
DECESSIT · X · CAL · NOV · A · MDCCCII
CAIETANVS · MED · ET · IOAN · PAVLLVS
P · C ·
PATRI · OPTIME · DE · SE · MERITO

(XVII)

A ☧ Ω

IOSEPHO · CACCIARIO
IVRISCONSVLTO
PRAESIDI · PERPETVO · VIIII · VIRVM
LITIB · VLTIMA · PROVOCATIONE · DIRIMENDIS
IN · REGIONIB · TRANSPADANIS
VIRO · GRAVISSIMO
AMPLISSIMIS · REIP · MVNERIBVS
TEMPORIBVS · DIFFICILLIMIS
NAVITER · FVNCTO
IACOBVS · ET · PHILIPPVS
PATRI · BENE · MERENTI
QVI · VIXIT · ANN · LXXVI
DECESSIT · PRID · KAL · NOVEMBR
ANNO · M · DCCC · II
AVE
ET · VALE · IN · PACE

(XVIII)

A ☧ Ω

ANGELO · MICH · BACIALLIO

COOPTATO · IN · COLL · TABELLIONVM

AB · ACTIS · SENATVS

PRAEPOSITO · TABVLARI PVBLICI

SODALI · INSTIT · BONONIENSIS

HOMINI · RELIGIOSISSIMO

OMNIBVS · MVNERIBVS

SANCTE · ET · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTO

VIXIT · A · LVIII

DIEM · SVVM · OBIVIT · IIII · NON · MARTIAS

A · CIↃ · IↃ · CCC · III

OLYMPIAS · PISTORINIA · VXOR

FRANCISCVS · ET · IOAN · PAVLLVS · ET · RAPHAEL

FILII

IOS · THEOL · ET · DOMINICVS · FRATRES

MVLTIS · CVM · LACRIMIS

FECERVNT

(XVIIII)

CIVIS . HOSPESVE
SCIRE . SI . LIBET
QVOD . CERNIS . CONDITORIVM
HABET . COR
ALOISII . BERTI
ADVOCATI
V . VIRI . VALETVDINI . TVENDAE
VII . VIRI . NOSOCOMIO . VRSVLANO . CVRANDO
V . VIRI . DESIGNATI . SVMPTIB . R . P . COGNOSCENDIS
QVI . MEDIOLANI . AEGROTANS
ILLVD
SVPREMIS . TABVLIS
VTI . SVVM . IN . PATRIAM . AMOREM
TESTATVM . FACERET
HVC . INFERRI . IVSSIT
VIXIT . A . XXXXI
INTEGER . COMIS . BENEFICVS
DECESSIT A . D . VIII . ID . MARTIAS
A . MDCCCIII

(XX)

☧ ANTONIO · VITALIO ☧
CHIRVRGO
QVI · VIXIT · ANN · XVIIII
OBIIT · IIII · K · MAIAS · A · MDCCCIII
PHILIPPVS
INFELIX · QVI · PRIOR · DEBVI
MORI · PATER
FILIO · VNICO · POSVI

(XXI)

HIC · SITVS · EST
ALOISIVS · RATTA
EQ · HIEROSOLYMAR ·
QVEM
BENEDICTVS · XIIII · P · M ·
EQVITIBVS · LEVIS · ARMATVRAE
AVENIONE · PRAEFECIT
VIR · FRVGI · COMIS · RELIGIOSVS
VIXIT · A · LXXXIII
OBIIT · V · EID · IVNIAS
A · MDCCCIII

(XXII)

OSSA
ANT · THARSITII · GIVSTI
COOPTATI · IN · COLL · TABELLIONVM
MAGISTRI · PALAEOGRAPHIAE
VIRI · HISTORIAE · POESEOS · BONARVM · ARTIVM
SCIENTISSIMI
QVI · PIVS · INTEGER · MODESTVS
VIXIT · A · LVI
MONVMENTO · SVO · INSCRIBI · IVSSIT
IN · *MISERICORDIA · TVA · DOMINE*
*LAETABITVR · IVSTVS*
OBIIT · XII · K · AVG · A · MDCCCIII

(XXIII)

CAESARI · MONTIO
QVI · AGENS · ANNVM · LXXX
SYNCOPE · OPPRESSVS
OBIIT · PRID · NON · AVG · A · MDCCCIII
NICOLAVS · MONTIVS · FRATRIS · F ·
P · C ·
PATRVE · TE · IN · PACE

(XXVII)

H · S · E ·

CAIETANVS · BVRATTVS

VIR · SPECTATAE · INTEGRITATIS

ET · RELIGIONIS

QVEM · NATVM · ANNOS · LI

CONIVX · FILII · SORORES

CONQVERVNTVR · AMISSVM

VIIII · KAL · OCT · A · MDCCCIII

(XXVIII)

A ☧ Ω

IOSEPHO · FRANCISCI · F ·

MISCHIATO

VIRO · LITTERIS · EXCVLTO

LIBRORVM · VETERVM · COMPARANDORVM

STVDIOSISSIMO

ANTONIVS · MISCHIATVS

PATRI · OPTIME · DE · SE · MERITO

QVI · PIVS · VIXIT · A · LXXVII · M · VII · D · XV

OBIIT · A · D · V · NONAS · OCT ·

A · MDCCCIII

(XXVIIII)

FRANCISCO MONTIO · BENDINIO · V · C ·
MVNERIB · GRAVISSIMIS · E · RE · PVB · FVNCTO
COMITATE · ET · BENEFICENTIA · OMNIBVS · ACCEPTO
VIXIT · A · XLVI · OBIIT · PRID · ID · IAN · A · MDCCCIV
AVRELIA · MONTIA · BIANCHETTA
FRATRI · OPTIMO
CAESAR · BIANCHETTVS
AVVNCVLO · BENE · MERENTI · F · C ·

(XXX)

IOANNI · BAPT · BARAVELLIO
MEDICO
QVI
A · IOSEPHO · EPISC · AVGVSTANOR ·
LANTGRAVIO · HASSIAE
SIBI · MEDICINAE · FACIENDAE
ADHVC · IVVENIS · ADSCITVS · EST
POST · MORTEM · EIVS · REDVX · IN · PATRIAM
CIVIBVS · MIRE · ARTEM · PROBAVIT · SVAM
PIVS · VIXIT · ANN · LXIII
OBIIT · XVII · K · FEBR · A · MDCCCIIII
PAVLLVS · ET · ALOISIVS · SAC ·
FRATRI · CARISSIMO · P ·

(XXXI)

☧

LVDOVICO · PII · F · GOTTIO
COOPTATO · IN · COLL · TABELLIONVM
ADLECTO · IN · CONSILIVM · MVNICIPII · N ·
VIRO · FRVGI · ERVDITO · RELIGIOSO
QVI · VIXIT · A · LV
OBIIT · XVII · K · FEBR · A · MDCCCIIII
THERESIA · GNVDIA · VXOR
TVTRIX · FILIOR · SEPTEM · F · C ·

(XXXII)

POMPEIO · IOANNIS · BAPT · F ·
FONTANIO
EQ · CONSTANTINIANO
CVIVS · IN · TVENDIS · CLIENTIVM · REBVS
CONSTANTIA
IN · EGENORVM · AERVMNIS · LEVANDIS
BENIGNITAS · INCLARVIT
PIVS · VIXIT · A · LXXIIII · M · II · D · XIIII
OBIIT · X · KAL · MAIAS · A · MDCCCIIII
ROSA · DE · PAOLIS
MARITO · BENEMERENTISSIMO

( XXXIII )

A ☧ Ω

CAIETANO · LODIO

CHIRVRGO · PRIMO · VALETVDINARI · MAIORIS

VIRO · EXPERIENTISSIMO

QVI · VIXIT · A · LXXX

OBIIT · IIII · N · MAIAS · A · M · DCCC · IIII

MARIA · FOSCHIA

MARITO · CARISSIMO · INCOMPARABILI

MARIANNA · FERRARIA

PATRI · OPTIMO · BENEMERENTI

POSVERVNT

(XXXIIII)

☧

ANTONIVS · GASPARINIVS

QVI · VIXIT · A · LXXXVI

OBIIT · VII · ID · IVL · A · MDCCCIIII

HIC · SITVS · EST

CVRA · ET · IMPENSA · IOSEPHI · GNVDI

AMICI · EIVS

(XXXV)

H · S · E ·

CAROLVS · CHIESA

VIR · INTEGERRIMVS

PIENTISSIMVS

QVEM · NATVM · ANNOS · LVI

INOPINA · VIS · MORBI · RAPVIT

VI · ID · IVL · A · MDCCCIIII

PETRVS · ET · IACOBVS · ET · MICHAEL

CVM · MARIA · SORORE

FECERVNT · PATRI · OPTIMO

(XXXVI)

☧

IOSEPHO · OSTIO

HOMINI · SOLERTI · RELIGIOSO

QVI · VIXIT · AN · XXXXIIII

DECESSIT · XIIII · KAL · SEXTILES

A · M·IↃCCC · IIII

CAIETANVS · ET · CAMILLVS

FRATRI · CONCORDISSIMO

(XXXVII)

A ☧ Ω

QVIETI · ET · MEMORIAE
LAVRENTII · MASSAE
DOMO · PLACENTIA
QVI · PRIMO · AETATIS · FLORE
ABREPTVS · EST · NONIS · SEXTILIB ·
A · MDCCCIIII
HILARIVS · PATER
TVRBATO · ORDINE

(XXXVIII)

☧ CINERIBVS ☧
ALOISII · VIAGGI
VIRI · AGRICVLTVRAE · PERITISSIMI
QVI PIVS · VIXIT · A · LX
OBIIT · V · ID · AVG · A · M · D · CCC · IIII
MARIA · ZAMBONELLIA
VXOR
TVTRIX · TESTAMENTARIA · FILIOR · TRIVM
PONENDVM · CVRAVIT

(XXXVIIII)

☧

ANDREAE · SFORTIAE · GVARINIO
ADVOCATO
CAVSSIS · AGENDIS · IVDICANDISQVE
IN · VARIO · CIVITATIS · STATV
MAGNAM · LAVDEM · ADEPTO
VIRO · COMI · FESTIVO
QVI · VIXIT · ANNOS · LXXV
OBIIT · A · D · III · K · SEPT · A · MDCCCIIII
FILII · MOERENTES · POSVER ·

(XXXX)

LVDOVICO · SAVIOLIO · V · C ·
SODALI · INSTITVTI · ITALICI
DOCTORI · DECVRIALI · REI · DIPLOMATICAE
HISTORICO · ET · POETAE
LONGE · NOBILISSIMO
MVNERIBVS · ET · HONORIBVS · AMPLISSIMIS
EXORNATO
VIXIT · A · LXXV · OBIIT · K · SEPT · A · MDCCCIIII
HEREDES · FIDVCIARII · FEC · EX · TEST ·

(XXXXI)

BRITIO . MANCINELLIO
ADOLESCENTVLO · INGENIOSO
INNOCENTI
QVI · VIXIT · A · XVI . M · VII · D · VIII
HAEMOPTYSI · CORREPTVS
OBIIT · III · CAL · OCT · A · MDCCCIIII
ALOISIVS · MANCINELLIVS
ET · MARIA · FONTANA
PARENTES · MOESTISSIMI

(XXXXII)

A ☧ Ω

FRANCISCO . MANFREDINIO
IVRISPERITO · TABELLIONI
IVVENI · MORVM · PROBATISSIMORVM
QVI · VIXIT · A · XXVIIII
OBIIT · VI · ID · OCT · A · MDCCCIIII
AVRELIA · ZANOLINIA
CONIVGI · DVLCISSIMO
TVTRIX · FILIIS · DVOB · TEST · RELICTA
F · C ·

(XXXXIII)

H · S · E ·
IGNATIVS · VISCARDIVS
VIXIT·A·XXXXVI·OBIIT·III·ID·OCT·A·MDCCCIIII
NABOR · PATER
DECEPTVS · MORTE · FILII · CARISS · M · P ·

(XXXXIIII)

HIC · IACET
MARCVS · BERNARDI · F · MALDINIVS
ADOLESCENS · INDOLIS · PRAECLARAE
NAVVS · PROVIDVS · SVPRA · AETATEM
VIXIT · A · XVI · M · XI · D · X
MAGNO · SVORVM · MOERORE
DECESSIT · III · NONAS · NOV · A · MDCCCIIII

(XXXXV)

ALOISIO · DE · PAOLIS
DOMO · VICETIA
QVI·VIXIT·A·LIIII·OBIIT·VII·K·DEC·A·MDCCCIIII
ROSA · DE · PAOLIS
ADHVC · LVGENS · PRAEREPTVM · SIBI
POMPEIVM · FONTANIVM · CONIVGEM · OPT ·
LVCTV · REDINTEGRATO
POS · FRATRI · AMANTISSIMO

(XXXXVI)

A ☧ Ω

BERNARDINO · BARGELLINIO · V · C ·

QVI

ALENDIS · DOTANDIS · VIRGINIBVS

SVBLEVANDIS · AEGROTIS

ASSEM · TESTAMENTO · ADDIXIT

PIVS · BENEFICVS · VTILIS · POSTERITATI

VIXIT · A · LXI

DECESSIT · A · D · XII KAL · IAN ·

ANNO · MDCCCIIII

CAMILLVS · BARGELLINIVS

HERES · VSVFRVCTVARIVS

FRATRI · KARISSIMO

BENEMERENTI

(XXXXVII)

☧ ALOISIO · SAMPIERIO ☧

ET · MAR · VINCENTIAE · DE · GREGORIO

FRANCISCVS · FILIVS

PER · TVTORES · FECIT · AN · M · DCCC · IIII

INLATIS · CINERIBVS · PATRIS

EX · AEDE · MARIAE · BETHLEEMITICAE

(XXXXVIII)

☧

LAVRENTIO · TOMBAE
ADOLESCENTI · INGENII · PRAESTANTIS
QVI
QVVM · TOTVS · ESSET · IN · EXCOLENDIS
DISCIPLINIS · ET · ARTIBVS
MORTE · INTERCEPTVS
AGENS · ANN · XXX
DECESSIT · III · NON · MAIAS · A · MDCCCV
VINCENTIVS · TOMBA
FILIO · P ·

(XXXXVIIII)

☧ OSSA ☧
IOSEPHI · GIORGI
QVI · VIXIT · A · LVI
OBIIT · KAL · SEPT · A · MDCCCV
TEST · SIBI · FIERI · IVSSIT
TE · ROGO · QVI · LEGIS · VT · DICAS
IOSEPHE · TE · IN · PACE

( L )

☧ HIC · SITVS · EST ☧

FRANCISCVS · ANGELI · MICH · F · BACIALLIVS

TABELLIO

AB · ACTIS · CONSILI · ET · VII · VIRVM · MVNICIPI · N ·

VIR · ACRIS · INGENII

FIDE · SOLERTIA · COMITATE

LAVDEM · ET · BENEVOLENTIAM · OMNIVM · MERITVS

PIVS · VIXIT · ANN · XXX · D · XII

DOLOR · ET · LVCTVS · SVORVM

DECESSIT · VIII · K · DEC · A · MDCCCV

( LI )

DOMINICO · VENTVROLIO

VIRO · PROBO · INGENIOSO · ERVDITO

QVI · VIXIT · A · LXI · OBIIT · XIII · KAL · AVG · A · MDCCCI

ET · CHRISTOPHORO · FILIO · EIVS

DOCTORI · LEGVM · TABELLIONI

IVVENI · SPEI · PRAECLARISSIMAE

QVI · VIXIT · A · XXV · OBIIT · PRID · ID · IAN · A · MDCCCVI

VENTVROLI · FRATRES

CVM · SORORIBVS

PATRI · ET · FRATRI · FECERVNT

(LII)

A ☧ Ω

CINERIBVS
PYRITHEI · SIGISMVNDI · F ·
MALVETII · LVPARI
VIRI · PATRICII · AB · AVIS · ET · MAIORIBVS
OMNIBVS · VRBANIS · MVNERIBVS
IN · EXEMPLVM · PERFVNCTI
INNOCENTIA · ET · PIETATE
SVOS · INTER · AEQVALES · LONGE · CLARISSIMI
QVI
AD · DEI · CVLTVM · AVGENDVM
ET · EGENORVM · CALAMITATES · LEVANDAS
INGENTEM · PECVNIAM · EROGAVIT
VIX · A · LXXI · M · IIII · D · XXVI
OBIIT · IIII · ID · FEBR · A · MDCCCVI
MARIA · HERCVLANA
ET · THERESIA · RANVTIA
PARENTI · OPTIMO
INCOMPARABILI

(LIII)

IOANNI · EGANI · F · LAMBERTINIO · V · C ·
BENEDICTI · XIIII · P · M · FRATRIS · N ·
ADLECTO · IN · ORDINES · SPLENDIDISSIMOS
ROMANOR · ET · VENETOR ·
EQVITI · MELITENSI
E · PROCERIBVS · EQVITVM · MAVRITIANORVM
OMNIBVS · VRBANIS · HONORIB · NAVITER · FVNCTO
PATRONO · ARTIVM · INGENVAR · ET · MECHANICAR ·
QVI · VIXIT · A · LXVII
OBIIT · PRID · N · MAIAS · A · MDCCCVI
IOANNES · RIGHIVS · QVI · ET · LAMBERTINIVS
HERES · EX · ASSE · PER · TVTORES · F · C ·

(LIIII)

IOANNI · BAPTISTAE · CAPELLIO
DOMO · SCASCOLIO · IN · TERRITOR · N ·
IVDICI · PACALI
VII · VIRO · MVNICIPII · SVI
QVI · VIXIT · A · LXIIII
VTILIS · MVLTIS · CARVS · OMNIBVS
OBIIT · NATALI · SVO · VIIII · K · QVINCT · A · MDCCCVI
FILII · SEX · ET · NEPOTES · DVO
PATRI · ET · AVO · INDVLGENTISSIMO

(LV)

☧ HIC · IACET ☧

PETRVS · BELLETTVS

QVI · ET · CORALVPIVS

MEDICVS

VIR · SCIENTISSIMVS · ARTIS · SVAE

CVLTOR · ADSIDVVS · PIETATIS

VIXIT · A · XXXV · OBIIT · X · KAL · AVG · A · MDCCCVI

IOS · BELLETTVS · ET · MAGD · MVRATORIA

PARENTES

VINCENTIVS · FRANCISCVS · DOMINICVS

CVM · MARIA · ET · ANNA · SORORIBVS

FECERVNT · FILIO · ET · FRATRI · CARISSIMO

(LVI)

HIC · SITVS · EST

PETRONIVS · NANNINIVS

SCALPTOR · LIGNARIVS · PRAECELLENS

VIR · EXEMPLI · RARISSIMI

QVI · SANCTITATE · MORVM

INNOCENTIAM · VETERVM · CHRISTIANOR · RETVLIT

AGENS · ANNVM · LX

DECESSIT · III · KAL · SEXT · A · MDCCCVI

VII · VIRI · MVNICIPII · OB · VIRTVTEM · L · D · D.

AMICI · FACIVND · CVRARVNT

(LVII)

☧ MICHAEL · CONTIVS ☧

QVI·VIXIT·A·XXII·OBIIT·VII·ID·SEXT·A·MDCCCVI

HEIC · ADQVIESCIT · AD · SEPVLCRVM · FRATRIAE

CAIETANVS · CONTIVS · CASTELLIVS

MOERENS · POSVIT · FILIO · SVAVISSIMO

(LVIII)

IACOBO · AEMILII · F · MATTHAEI · N ·

MALVETIO · CAMPEGGIO

VIRO · ANTIQVAE · VIRTVTIS

QVI · AMPLISSIMA · IVRA · MAIORVM · SVORVM

AEQVITATE · ET · LENITATE · SINGVLARI · RETINVIT

VIXIT · A · LXXXVIIII · M · XI · D · I

OBIIT · POSTRID · N · AVG · A · MDCCCVI

ANTONIVS · MALVETIVS · CAMPEGGIVS

EQ · GEORGIANVS · BAVARIAE

FECIT · PATRI · OPTIMO

(LVIIII)

FRANCISCO · PAVLLI · F · GHERARDIO

VIXIT·A·XXIIII·D·XV·OBIIT·XVIII·K·SEPT·A·MDCCCVI

IOSEPHVS · GHERARDIVS

FRATRI · AMANTISSIMO · BENE · MERENTI

QVEM · IN · NEGOTIATIONE · FERRARIA

ADIVTOREM · SOLERTISSIMVM · HABVIT

(LX)

☧

IACOBO · FRANCISCI · F · FABRIO
ARKARIO · SENATVS
ARKARIO · VII · VIRVM · MVNICIPII
ABSTINENTISSIMO
QVI · VIXIT · A · LXV · M · VIII · D · XVI
BENIGNVS · IN EGENOS
OFFICIOSVS · IN · OMNES
DECESSIT · III · K · FEBR · A · MDCCCVII
FILII · PATRI · INCOMPARABILI · P ·

(LXI)

VINCENTIO · VENTVROLIO
CHIRVRGO
QVI · ARTEM · SVAM
PERITISSIME · ET · DILIGENTISSIME
FECIT
PIVS · VIXIT · ANNIS · LVI
OBIIT · III · NONAS · FEBR · A · MDCCCVII
ANGELVS · VENTVROLIVS
ARCHITECTVS
FRATRI · BENEMERENTI

(LXII)

☧ FRANCISCO · ANTONII · F · ☧
GVIDALOTTO · FRANCHINIO
QVI · AB · IPSA · ADOLESCENTIA
PIETATEM · APPRIME · COLVIT
IDEM · IVCVNDITATE · MORVM · ET · SERMONIS
CARVS · OMNIBVS · FVIT
DIVTINO·MOLESTOQ·MORBO·IN·SENIO·IMPLICITVS
DEO · VNICE · VACAVIT
VIXIT · A · LXXVII · M · V · D · XII
OBIIT · XV · KAL · MARTIAS · A · MDCCCVII
ANTONIVS · GVIDALOTTVS · FRANCHINIVS
CVM · MARIA · ET · MAGDALENA · SORORIBVS
PATRI · OPTIMO

(LXIII)

LAVRENTIO · RADISINIO
HOMINI · RELIGIOSISSIMO
PATIENTISSIMO · AERVMNARVM
QVI·VIXIT·A·LXXXII·OBIIT·XII·K·MAIAS·A·MDCCCVII
FILII · CVM · LACRIMIS
FECERVNT · PATRI · B · M ·
ET · INFANTVLAE · CAMILLI · F · NEPTI · EIVS
QVAE · VIX · DVM · NATA · IIT · AD · DEVM

(LXIIII)

HIC · SITVS · EST
VINCENTIVS MARTINELLIVS
AB · ACTIS · ACADEMIAE · CLEMENTINAE
SODALIS · REGIVS · BONIS · ARTIBVS · EXCOLENDIS
AMOENIORIS · PICTVRAE · ARTIFICIO
SVI · TEMPORIS · PRIMVS
VIR · INGENII · PROMPTISSIMI
MORVM · SVAVISSIMORVM · PIETATIS · SINGVLARIS
VIXIT · A · LXVIIII · M · VIIII · D · I
OBIIT · X · CAL · MAIAS · A · MDCCCVII
SODALES · ET · AMICI · POSVERVNT
VII · VIRI · MVNICIPII · LOCVM · DEDERE

(LXV)

☧ CINERIBVS ☧
PETRI · LIBERALII
FIDICINIS
ADOLESCENTIS · SPEI · CERTISSIMAE
QVI · VIXIT · ANNOS · XXIII
OBIIT · III · ID · MAIAS · A · MDCCCVII
CAROLVS · LIBERALIVS
ET · ANNA · RIGVZZIA
PARENTES · MOESTISSIMI · FECERVNT

(LXVI)

H · S · E ·

CAIETANVS · CATVREGLIVS

DOCTOR · PHILOSOPHIAE · ET · MEDICINAE

ADLECTVS·INTER·SODALES·MEDICOS·BONONIENSES

VIR · INGENIOSISSIMVS

GRAECE · ANGLICE · HISPANICE

GERMANICE · GALLICE · SCIENS

PERITISS · BIBLIOGRAPHIAE

VIXIT·A·XXXIII·OBIIT·IIII·CAL·IVN·A·MDCCCVII

IOANNES · VINCENTIVS · CATVREGLIVS

FILIO

PETRVS · ET · GERTRVDE

FRATRI · CVM · LACRIMIS

(LXVII)

ALOISIO · BECCHETTO

DOCTORI · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS

CAVSSIDICO

IVVENI · MORVM · IVCVNDISSIMORVM

QVI · VIXIT · A · XXVIII · M · VIIII · D · XXVIIII

OBIIT · IIII · K · QVINTILES · A · MDCCCVII

DOMINICVS · BECCHETTVS

HEV · FECIT · FILIO · VNICO

A · QVO · SIBI · FACIENDVM · FVERAT

(LXVIII)

GASPARI · ANTONII · F · GENTILIO

MEDICO · CHIRVRGO

DOCTORI · ARCHIGYMNASII

ARCHIATRO · VALETVDINARII · VRSVLANI

COOPTATO · IN · COLL · MEDICORVM

SODALI · BENEDICTINO

SODALI · LVDOVICIANO · MONTIS · PESSVLI

VIRO · SCIENTISSIMO · EXPERIENTISSIMO

QVI · PIVS · VIXIT · A · LXVIIII · M · X · D · XXII

OBIIT · PRID · KAL · IVL · A · MDCCCVII

ANTONIVS · GENTILIVS

DOCTOR · LEGVM · TABELLIO

PATRI · M · P ·

(LXVIIII)

☧ OSSA ☧

IOANNIS · BAPTISTAE · CANONICI

DOMO · OPPIDO · S · ARCHANGELI

IN · AGRO · ARIMINENSI

QVI · ANATOMEN · ET · REM · VETERINARIAM

APPRIME · CALLVIT

VIXIT · A · XXXXV

OBIIT · PRID · ID · QVINCTILES · A · MDCCCVII

(LXX)

IOAN · PEREGRINO · IOSEPHI · F ·
PIANAE
NEGOTIATORI · SERICARIO
VIRO · SINGVLARIS · PROBITATIS
INCOMPARABILIS · ERGA · CONIVGEM · ADFECTVS
EXIMIAE · IN · LIBEROS · PIETATIS
QVI · VIXIT · A · LXXVI
OBIIT · VII · K · SEXT · A · MDCCCVII
ALOISIVS · PIANA
DOCTOR · LEGVM · CAVSSIDICVS · TABELLIO
PATRI · CARISSIMO · B · M ·

(LXXI)

☧ CINERIBVS ☧
CAROLI · CONSTANTII · F · ZAMBECCARII · V · C ·
QVI · VIXIT · A · XXXXVI · M · III · D · XXVIII
APOPLEXI · ARREPTVS
OBIIT · VII · KAL · AVG · A · MDCCCVII
ANNA · SANGIORGIA
VXOR
TVTRIX · BARBARAE · FILIOLAE
EADEMQ · VTERVM · GERENS
CVM · LACRIMIS · P ·

(LXXII)

MEMORIAE · ET · QVIETI
IOSEPHI · BETTINII
MEDICI
SODALIS · INSTITVTI · BONONIENSIS
VIRI · A · DOCTRINA · ET · VSV · INSTRVCTISSIMI
QVI · VIXIT · A · XXXIIII · OBIIT · III · K · NOV · A · MDCCCVII
DOMINICVS · BETTINIVS · VII · VIR · MVNICIP ·
CVM · MARIA · GADANIA · CONIVGE
FILIO · PIO · OBSEQVENTI
THERESIA · VERGILIA
MARITO · OPTIMO · DESIDERATISSIMO
FECERVNT · CVM · LACRIMIS

(LXXIII)

ANDREAE · ELIGIO · NICOLIO
ADVOCATO
DOCTORI · ARCHIGYMNASII
QVI · LAVDEM · EXIMIAM · IVRISPRVDENTIAE
ELEGANTIA · LITTERARVM · CVMVLAVIT
IDEM · PIETATE · ABSTINENTIA · MODESTIA
MIRE · ENITVIT
VIXIT · A · LXIIII · OBIIT · VI · K · DEC · A · MDCCCVII
PETRVS · NICOLIVS
FRATRI · OPTIME · DE · SE · MERITO

( LXXIIII )

IOSEPHO · FRANCISCI · F · PISTORINIO
TABELLIONI
AB · ACTIS · IVDICVM
LITIB · VLTIMA · PROVOCATIONE · DIRIMENDIS
IN · REGIONIB · TRANSPAD ·
VIRO · INTEGERRIMO · DILIGENTISSIMO
IN · AMICORVM · REBVS · CVRANDIS
APPRIME · SOLERTI
QVI·NATVS·A·XXXVIII·OBIIT·VI·K·DEC·A·MDCCCVII
MARIA · SASSATELLIA
VTERO · GRAVIS
EFFVSA · IN · LACRIMAS
POSVI · MARITO · DVLCISSIMO · INCOMPARABILI
QVICVM · VIXI · M · XI · D · XV
TANTVM

(LXXV)

☧ OSSA ☧
ANGELI · TREBBI
AGRIMENSORIS · ET · HYDRAVLICI
CVIVS · PERITIA · VTILIS · MVLTIS
INTEGRITAS · PROBATISSIMA · OMNIBVS · FVIT
PIVS · VIXIT · A · LVI · M · IIII · D · VIII
OBIIT · V · ID · DEC · A · MDCCCVII

(LXXVI)

☧ DAVIDI · CELLAE ☧

VIRO · FRVGI · INDVSTRIO

QVI · MARIAM · SANCTAM · GENETRICEM · DEI

RELIGIOSISSIME · COLVIT

VIXIT · A · LXXXIIII · M · III

OBIIT · XVII · CAL · IAN · ANNO · MDCCCVII

IOSEPHVS · CELLA · SAC ·

FRATRI · BENEMERENTI

(LXXVII)

ALOISIO · GVIDONIS · F · IOAN · PETRI · N ·

CAVAZZONIO · ZANOTTO

PHILOSOPHO · ET · MEDICO

COOPTATO · IN · COLL · PHILOSOPHORVM

DOCTORI · ARCHIGYMN · SODALI · BENEDICTINO

HIC · PATRVVM · MAGNVM · HABVIT · FRANCISCVM

PATRVVM · EVSTACHIVM

QVORVM · DOCTRINAM · EXIMIAM

AB · IPSA · ADOLESCENTIA

SIBI · AEMVLANDAM · PROPOSVIT

IDEM · PRODESSE · OMNIBVS · IN · OMNI · VITA · STVDVIT

AGENS · A · XLII · OBIIT · XII · K · IAN · A MDCCCVII

THERESIA · CANTERZANIA

CONIVGI · CARISSIMO · F · C ·

(LXXVIII)

☧ HIC · SITVS · EST ☧

CAROLVS · ANTONIVS · GVLIELMI · F · GASPARINIVS

PATERFAMILIAS · SINGVLARIS · EXEMPLI

VIR · FRVGI · CONSTANS · AGENDI · SCIENS

QVI · PER · OTIVM · HISTORIAM · NOVIT · ADAMAVIT

NATVS · A · LXX · OBIIT · XI · K · IAN · A · MDCCCVII

ROSA · FRATIA

VXOR · ANNORVM · XXXX

MARITO · PIISSIMO · INCOMPARABILI

FILII · OCTO

PARENTI · OPTIMO · BENEMERENTISSIMO

(LXXVIIII)

☧ ONVPHRIO · MANDINIO ☧

PHILOSOPHO · ET · MEDICO

CHIRVRGO · VALETVDINARII · MAIORIS

DOCTORI · ARCHIGYMNASII

SODALI · BENEDICTINO

XVI · VIRO · MEDICIS · CHIRVRGIS · PHARMACOPOLIS

AD · ARTEM · FACIENDAM · PROBANDIS

HOMINI · INGENIOSISSIMO · PERITISSIMO

OB · SINGVLAREM · MODESTIAM · EIVS · OMNIB · ACCEPTO

VIX · A · XXXVIIII

COLLEGAE · FACIEND · CVRAVERVNT · A · MDCCCVII

(LXXX)

CAMILLO · IOS · F · MALVETIO · EQ · MELIT ·
QVEM · IN · PRIMA · AETATE
REX · SICILIAE · VTRIVSQVE · CAROLVS · III
INTER · EPHEBOS · SVOS · ADLEGIT
REDVCEM · IN · PATRIAM
SENATVS
DVCTOREM · COPIARVM · VRBANARVM
PIVS · SEXTVS · PONT · MAX ·
PRAEFECTVM · PRAESIDIARIORVM · FECIT
VIR · PIVS · COMIS · FRVGI
VIXIT · A · LXXV · OBIIT · XIII · K · FEBR · A · MDCCCVIII
PETRVS · MALVETIVS
HERES · EX · BESSE
PATRI · CARISSIMO · BENEMERENTI

(LXXXI)

CAIETANO · IOANNIS · BAPT · F · TERZIO
DOMO · CREMA · INCOLAE · BONONIENSI
VIRO · IN · EXEMPLVM · INTEGRO · RELIGIOSO
VIXIT · A · LXXVIIII · OBIIT · VIIII · K · FEBR · A · MDCCCVIII
MARIA · SARTORIA · BERNINIA
VXOR · ET · HERES · VSVFRVCTVARIA
CAIETANVS · MALOSSIVS · SAC · ET · FRATRES
SORORIS · F · ET · HEREDES · PROPRIETARII · F · C ·

(LXXXII)

ANTONIO · CAROLI · F · MARSILIO
VIRO · INGENII · PERACVTI
ET · ADSIDVA · LECTIONE · ERVDITI
QVI · ADOLESCENS
IN · EXERCITV · MARIAE · THERESIAE · AVG ·
STRENVE · MILITAVIT
VIXIT · A · LXXI · OBIIT · PRID · K · FEBR · A · MDCCCVIII
THERESIA · PISTORINIA
VXOR
ALOISIVS · VII · VIR · MVNICIP ·
ET · HIPPOLYTVS · DVCTOR · ORDD · REGIS · BAVARIAE
FRATRIS · FILII · POSVER ·

(LXXXIII)

DOMINICO · FRANCISCI · F · LVCARELLIO
DOMO · MERCOIANO · IN · AGRO · FLORENTINO
NEGOTIATORI
ANNORVM · LXVIIII
QVI · PIVS · OBIIT · V · ID · MARTIAS · A · MDCCCVIII
CATHARINA · BERTIA
DECEM · ABHINC · ANNIS · OCVLIS · CAPTA
FECIT · MARITO
QVEM · VNICVM · HABEBAT · LEVAMEN
ORBITATIS · LVMINIS · ET · LIBERORVM

( LXXXIIII )

☧ HIC · IACET ☧
ANTONIVS · BERTOLOTTVS
SODALIS · PHILARMONICVS
MODVLATOR · ET · OPIFEX · ORGANORVM
SCIENTISSIMVS
VIR · PIVS · MODESTVS
VIXIT · A · LVII · M · X · D · XXI
DECESSIT · XII · K · APR · A · MDCCCVIII

( LXXXV )

QVIETI · ET · PIETATI
DOMINICI · PELLEGRETTI
ANNOR · LXV
QVI · INTEGRITATE · VITAE · PRAESTITIT
LINGVAM · DILIGENTISSIME · CONTINVIT
EGENIS · OPEM · TVLIT
MORBI · ACERBITATEM · DIVTVRNAM
SINE · QVESTV · PERPESSVS
OBIIT · V · CAL · APRIL · A · MDCCCVIII
FRANCISCVS . PELLEGRETTVS
DOCTOR · LEGVM · TABELLIO
PATRI · OPTIMO · CVM · LACRIMIS

(LXXXVI)

A ☧ Ω

IOANNI · FRANCISCO · PHILIPPI · F ·
SALAROLIO
TABVLARIO · A · PATRIMONIO · REGIO
VIRO · LITTERATO · ARGVTO
QVI · VIXIT · A · LXII
OBIIT · PRID · K · APR · A · MDCCCVIII
ANNA · DOMENICHINIA
MARITO · CARISSIMO
FILII · SEPTEM
PATRI · BENE · MERENTI

(LXXXVII)

CAIETANO · IOSEPHI · F · CHECCHIO
IVVENI · PIO · FRVGI · SVAVI
QVI · VIXIT · A · XXV · M · V · D · I
DECESSIT · VIII · K · MAIAS · A · MDCCCVIII
LAVRA · CVZZANIA
HEV · IAMDIV · MARITO · ORBATA
POSVI
FILIO · VNICO · OPTATISSIMO
QVICVM · OMNES · CVRARVM · MEAR · FRVCTVS
ABIERVNT

(LXXXVIII)

DOMINICO · MANDINIO
ALVMNO · COLLEGII · COMELLIANI
LAVREAM·IVRISPRVDENTIAE·PROPED·ADEPTVRO
ADOLESCENTI · MORVM · MITISSIMORVM
QVI·VIXIT·A·XXII·OBIIT·VII·ID·MAIAS·A·MDCCCVIII
DOMINICVS · ANT · MANDINIVS · MED ·
CVM · ROSA · INGRAMIA · CONIVGE
MOERENS · POSVIT · FILIO · DVLCISSIMO

(LXXXVIIII)

AVGVSTINO · IOANNIS · PAVLLI · F ·
GANDOLFIO · ODOFREDIO
PRAEFECTO · HONORARIO · EQVITVM
REGIS · POLONIAE · STANISLAI · AVGVSTI · II
VIRO · INGENII · ELEGANTISSIMI
COMITATIS · SINGVLARIS
CVIVS · VILLA·AMOENITATIBVS·OMNIBVS·EXCVLTA
PERPETVA · PATVIT · HOSPITALITATE
VIXIT·A·LXXVIII·OBIIT·XI·K·MAIAS·A·MDCCCVIII
LAVRA · GANDOLFIA · ODOFREDIA
QVAE · ET · BARIA · ET · AVENALIA
PATRI · CARISSIMO
THOMAS · ET · PETRVS · AVENALI
AVO · BENE · MERENTI

(LXXXX)

HERCVLI · ANT · BASSANIO
PRAEF · FABRVM · STRVCTORIORVM
HOMINI · ARTIS · SVAE · PERITISSIMO
QVI · SENATVI · CIVIBVS · EXTERIS
MVLTAM · OPERAM · PRAESTITIT
PIVS · IN · SVOS · BENIGNVS · IN · EGENOS
VIXIT · A · LXXVII · OBIIT · XVII · K · QVINT · A · MDCCCVIII
MARIA · REGGIANIA
MARITO · CONCORDISSIMO
FILII · QVINQVE
PATRI · OPTIME · DE · SE · MERITO

(LXXXXI)

ALEXANDRO · DOMINICI · F · BARBIERIO
PICTORI · ANATOMICO · ARCHIGYMNASII
QVI · HVMANI · CORPORIS · PARTES
AFFABRE · SCITEQVE · CERA · EXPRESSIT
VIR · PIVS · INTEGER · OFFICIOSVS
VIXIT · A · LXVIII
MANVBALLISTA · A · GRASSATORE · PERCVSSVS
OBIIT · VIIII · K · SEPT · A · MDCCCVIII
VXOR · FILII · FRATRES
CASV · ATROCISSIMO · EXANIMATI · FEC ·

(LXXXXII)

IOSEPHO · ALEXANDRI · F · FIORINIO
ADOLESCENTVLO · INGENIOSO
PERCVPIDO · EDISCENDI
QVI·MORBVM·DIER·XXXX·SINE·GEMITV·PERTVLIT
VIXIT · A · XIII
SACRO · EPVLO · PRIMITVS · RECREATVS
DECESSIT · VI · KAL · SEPT · A · MDCCCVIII
MARGARITA · MANOLESSIA · MATER
HYACINTHVS·ALOISIVS·IAC·VINCENTIVS·FRATRES
POSVERE

(LXXXXIII)

IOANNI · BAPTISTAE · CANALIO
COOPTATO · IN · COLL · TABELLIONVM
AB · ACTIS · IVDICVM · FORI · MERCATORVM
QVOD · MVNVS
A · MAIORIB · EIVS · ANNOS · AMPLIVS · C · PERACTVM
NAVITER · OBIVIT
VIX · A · LVI · DECESSIT · VI · ID · SEPT · A · MDCCCVIII
CAROLVS · ANT · CANALIVS · CVRIO
FRATRI · KARISSIMO
FILII · XII
PATRI · INDVLGENTISS · CVM · LACRIMIS · F ·

(LXXXXIIII)

A ☧ Ω

PETRO · ANT · BONDIOLIO

DOMO · CORCYRA

EQVITI · CORONAE · FERREAE

COOPTATO · IN · COLLEGIVM · CC · VIRVM

ELECTORVM · REGNI · DOCTORVM

PHILOSOPHO · ET · MEDICO

QVI

THERAPEVTICEN · IN · ARCHIGYMN · BONONIENSI

CLINICEN · IN · ARCHIGYMN · PATAVINO

EXPLANAVIT

VIR · INGENIO · ET · ERVDITIONE · PRAECELLENS

EDITIS · OPERIBVS · CLARVS

AVDITORIBVS · ACCEPTISSIMVS

GRAVITATE · ET · CONSTANTIA · NEMINI · SECVNDVS

BONONIAE

QVO · AD · COMITIA · COLLEGII · SVI

CONVENERAT

OBIIT · A · D · XVI · K · OCT · A · MDCCCVIII

NATVS · ANN · XXXXIII

DOCTORES · ARCHIGYMNASII · BONONIENSIS

COLLEGAE · VETERI · PRAESTANTISSIMO

F · C ·

(LXXXXV)

A ☧ Ω

CINERIBVS
PHILIPPI · CONVENTII
MAGISTRI · ARITHMETICES · ET · ARCHITECTVRAE
ADLECTI · INTER · IVDICES
PRAECEPTORIB · SCHOLAR · PRIVATAR · PROBANDIS
PATRISFAMILIAS · INTEGRI · RELIGIOSI
QVI · VIXIT · A · XXXXIII
RELICTIS · FILIIS · QVATVOR · PVPILLIS
DECESSIT · XVI · KAL · NOVEMBR ·
ANNO · MDCCCVIII
BENEDICTVS · CONVENTIVS
PRIMICERIVS · TEMPLI · METROPOLITANI
VICARIVS · GENERALIS · ARCHIEPISCOPI · N · V · E ·
MOERENS · P ·
FRATRI · OPTIMO · CARISSIMO

(LXXXXVI)

☧

IOAN · DOMINICO · ALOISII · F ·
MIGNANIO
VIRO · PROBATISSIMO
IN · RATIONIBVS · INEVNDIS
ET · REBVS · GERENDIS
MAGNAE · SOLERTIAE · ET · FIDEI
QVI · PIVS · VIXIT · A · LI
OBIIT · A · D · V · KAL · NOVEMBR ·
A · M·DCCC·VIII
ADELAIS · DVMAS
MARITO · INCOMPARABILI
FERDINANDVS · CVM · SORORIB · SEX
PATRI · OPTIMO · BENEMERENTI
FECERVNT
AVE · CONIVX
AVE · PATER · DESIDERATISSIME
HEV · QVANTVM · IN · TE
AMISSVM · NOBIS · EST · BONI

(LXXXXVII)

IOANNI · PAVLLO · CORAZZAE

ANNOR · LX

HOMINI · RELIGIOSISSIMO · INTEGERRIMO

THERESIA · SARTIA

VXOR

MARITO · CARISSIMO

QVI · TITVLVM · SIBI · FIERI · VOLVIT

VTI · QVI · LEGVNT · CIVES · ADVENAEQ ·

BONAS · EI · PRECES · PRECENTVR

OBIIT · IIII · K · NOV · A · MDCCCVIII

(LXXXXVIII)

☧ HIC · SITVS · EST ☧

IACOBVS · IOSEPHI · F · DAVIA

INTER · SENATORES · NN · ADLECTVS

DVCTOR · AGMINVM · HERCVLIS · III · ATEST ·

VIR · IMMOBILIS · CONSILII

MORIS · ANTIQVI · RETINENTISSIMVS

PIVS · VIXIT · A · LXI · M · VIIII · D · VII

OBIIT · IIII · K · DEC · A · MDCCCVIII

VIRGILIVS · CAROLVS · PETRVS

PATRI · BENE · MERENTI

(LXXXXVIIII)

A ☧ Ω

HANNIBALI · BARTOLVCCIO
MEDICO
HOMINI · INGENIOSO · ERVDITO
QVI · VERSVS · DIALECTO · PATRIA
PERIVCVNDOS · FECIT
OB · INGENITAM · MORVM · SIMPLICITATEM
CARVS · OMNIBVS · FVIT
VIXIT · A · LXXXVI
DIEM · SVVM · FVNCTVS · III · ID · DEC ·
A · MDCCCVIII
MARIA · FRANCHINIA
CVM · FILIABVS · QVATVOR
SOCERO · PIENTISSIMO · POSVIT
INLATIS · CINERIBVS
VALERII · BARTOLVCCII
MEDICI
MARITI · CARISSIMI
Θ · A · MDCCCIII
VTI · FILIO · IDEM · AC · PATRI
SEPVLCRVM · SIET

( C )

☧ HIC · SITI · SVNT ☧

PETRONIVS · MAGNANIVS

ET · ANNA · ZINIA

CONIVGES · PIENTISSIMI

QVORVM · CINERES

EX · AEDE

PRIDEM · SPIRITVI · DEO · DICATA

CAIETANVS · MAGNANIVS

FILIVS

INFERENDAS · CVRAVIT

A · MDCCCVIII

# EPITAPHIA FEMINARVM

(I)

☧ MAGDALENA . BRVNINIA ☧

TEXTRIX

ANNORVM · LIII

PRIMA · HVC · MANSVM · VENI

IDIB · APRIL · A · MDCCCI

(II)

LVBINAE · VALERII · F · MORELLIAE

FEMINAE · PROBATISSIMAE

QVAE · AGENS · ANNVM · XXVIIII

DECESSIT · XVIII · K · SEPT · A · MDCCCI

IOSEPHVS · TRIACHINIVS

MOERENS · FECIT · VXORI · INCOMPARABILI

CVM · QVA · DVLCITER · VIXIT · A · VIII

(III)

MATILDAE · GHERARDIAE

MARCVS · PATER

QVARTO · FILIARVM · OBITV · INFELIX

POSVIT

VIXIT · A · XVIII

OBIIT · A · D · V · K · SEPT · A · MDCCCI

(IIII)

A ☧ Ω

CAECILIAE · BORGOGNONIAE
VXORI · Θ · IOANNIS · ANT · SALINAE
FEMINAE · FRVGI · RELIGIOSAE
QVAE · VIXIT · A · LXXXII
DECESSIT · POSTRID · ID · NOV · A · MDCCCI
ALOISIVS · SALINA
ADVOCATVS
CVM · LACRIMIS · FECIT · MATRI
QVAM · SIBI · PIISSIMAM · INDVLGENTISSIMAM
SEMPER · HABVIT

(V)

☧

IOSEPHAE · ROMAGNOLIAE
QVAE · VIXIT · A · XVI · M · VI
OBIIT · POSTRID · EID · NOVEMBR ·
A · MDCCCI
HIERONYMVS · ROMAGNOLIVS
FILIAE · INNOCENTISSIMAE

(VI)

☧

HIC · SITA · EST
CAIETANA · ANDREAE · F · MORESCHIA
QVAE
FORMA · EGREGIA · MORIBVS · PIISSIMIS
QVVM · IAM · NVPTVM · IRET
SVBITA · APOPLEXIS · VI
ABREPTA · EST · XI · KAL · IAN · A · MDCCCI
AGENS · ANNVM · XXVIII

(VII)

A ☧ Ω

MARIAE · NEGRIAE
IOSEPHVS · MVZZIOLVS
FECI · VXORI
QVAE · VIXIT · A · XXXXIIII · MECVM · XVIII
OBIIT · VIIII · K · MART · A · MDCCCII
AVE · CONIVX · RARISSIMA
ET · ESTO · MEMOR · VIRI · TVI
FILIORVMQ ·
QVOS · AD · VIRTVTEM · INSTITVISTI

(VIII)

☧ MARIAE · FOLIAE ☧

ANNOR · LIIII

Θ · VII · K · MART · A · MDCCCII

PETRONIVS · MARESCALCHIVS

VXORI

DE · QVA · NIHIL · VNQVAM · DOLVIT

NISI · QVVM · DECESSIT

(VIIII)

BIRGITTAE · TAGLIAVINIAE

CAIETANVS · OSTIVS

CONIVGI · OPTIMAE · CARISSIMAE

QVAE · VIXIT · A · XXXIIII

OBIIT · IN · PVERPERIO · PR · K · MAIAS

A · MDCCCII

FATVM · FILI · POST · DIES · V · SVBSEQVVTA

(X)

ANGELAE · LAMBERTINIAE

PVELLAE · SVAVISSIMAE

VIXIT · A · XVI · OBIIT · IIII · K · IVN · A · MDCCCII

FRANCISCVS · LAMBERTINIVS

AMISSIONE · FILIAE · VNICAE · MOESTISSIMVS

(XI)

CONSTANTIAE · MITARELLIAE
SODALI · ARCADICAE
FEMINAE · FRVGI · PRVDENTI
FRANCISCVS · CVPPIVS · SAC ·
MATRI · RARISSIMAE
QVAE·VIX·A·LVIII·OBIIT·XV·K·IAN·A·MDCCCII

(XII)

☧ ANGELAE · ROSSIAE ☧
CONIVGI · DOMINICI · MARCHETTI · MED ·
Θ · AN · MDCCLXXXX
IOANNES · MARCHETTVS
MEDICVS · ET · CHYMICVS
FILIVS · POSVI
VIXIT · A · LXXVIIII · M · X · D · IIII
DECESSIT · VI · KAL · MART · A · MDCCCIII
VALE · MIHI · MATER · PIENTISSIMA

(XIII)

THERESIAE · SAVINIAE
VIRGINI · DOMISEDAE · PVDICAE
VIX·A·XXXIII·OBIIT·V·N·MAIAS·A·MDCCCIII
PHILIPPVS · SAVINIVS
FILIAE · AMANTISSIMAE · FAC · CVR ·

(XIIII)

CLOTILDAE · BERGONZONIAE
ANNOR · LIII
QVAE · PIETATEM · SINGVLAREM
MIRAE · SOLERTIAE · CONIVNXIT
DECESSIT · POSTRID · N · IVL · A · MDCCCIII
ANG · MICH · ET · STANISLAVS · ET · MARIANNA
FEC · SORORI · DE · SE · SVISQ · OMNIBVS
OPTIME · MERITAE

(XV)

BARBARAE · ZAMBONINIAE
VXORI · ⊖ · IOANNIS · ANT · MONDINI
PHILOSOPHI · MEDICI · ANATOMICI
QVEM · ACADEMIA · INSTITVTI · BONONIENSIS
VIX · DVM · CONDITA
SODALEM · STVDIOSISSIMVM · SOLERTISSIMVM
PRAEDICAVIT
CAROLVS · MONDINIVS
FECIT · MATRI · CASTISSIMAE
QVAE·VIX·A·LXX·OBIIT·XIV·K·MAIAS·A·MDCCLXVII
CINERIBVS · INLATIS
XVIII · K · AVG · AN · MDCCCIII
EX · AEDE
QVAE · FVIT · LAVRENTI · MART · VIA · CASTILION·

(XVI)

A ☧ Ω

MICHAELINAE · OLMEDAE

DOMO · PISAVRO

FEMINAE · PVDICAE · SOLERTI

QVAE · VIXIT · A · LXI

OBIIT · KAL · DEC · A · MDCCCIII

ANNA · BELLVZZIA · BOSCHIA

VERNAE · SVAE · DVLCISSIMAE

(XVII)

FRANCISCAE · PHILIPPI · F ·

LEGNANIAE

VXORI · FRANCISCI · ROSSI · COM · SEN ·

Θ · AN · MDCCLXII

VXORI · CAROLI · FAVAE · COM ·

Θ · AN · MDCCLXXXX

MATRONAE · PIENTISSIMAE

QVAM · EGENI · OMNES · DESIDERANT

VIXIT · A · LXVII

DECESSIT · VIIII · K · IAN · A · MDCCCIII

HIERONYMVS · LEGNANIVS · FERRIVS

SORORI

D · P · S · M · F · C ·

(XVIII)

A ☧ Ω

IOANNAE · PAVLLI · F · MARVLLIAE
EX · REGNO · NEAPOLIT · DOMO · BARVLO
CLARISSIMAE · FEMINAE
QVAE · INGENII · VI · SVPRA · SEXVM
GRAVITATE · MORVM · SVPRA · AETATEM
PRAESTITIT
PIA · VIXIT · A · XXVI · M · II · D · XIIII
RAPTA · EST · IN · TERTIO · PVERPERIO
PRID · N · FEBR · A · MDCCCIIII
PETRVS · CONTIVS · CASTELLIVS
CVM · LACRIMIS · FECIT
CONIVGI · DVLCISSIMAE

(XVIIII)

IVNIPERAE · PIGNONIAE
MATRIFAMILIAS · OPTIMI · EXEMPLI
VIXIT · A · XXXXVI
OBIIT · N · MART · A · MDCCCIIII
IOSEPHVS · CAVALLINA
POSVI · VXORI · MEAE · CARISSIMAE
INCOMPARABILI

(XX)

A ☧ Ω

HIC · IACET
ROSA · SAVINIA
QVAE · AGENS · ANNVM · XXXI
PHILIPPO · PATRI
DE · AMISSA · ALTERA · FILIA · ADHVC · MOERENTI
LVCTVM·RENOVAVIT·XII·K·MAIAS·A·MDCCCIIII

(XXI)

☧

QVIETI · ET · PIETATI
THERESIAE · TAGLIAVINIAE
QVAE · VIXIT · A · XXXIIII
DECESSIT · PRID · KAL · MAIAS · A · MDCCCIIII
CAMILLVS · OSTIVS
FECI · MARITVS · MISERRIMVS
QVOD · DVOBVS · ANTE · ANNIS · EADEM · DIE · FECIT
SORORI · EIVS · CONIVGI · SVAE
FRATER · MEVS
HAVE · VXOR · HAVE · FRATRIA
ANIMAE · SVAVISSIMAE

(XXII)

LAVRAE · IOANNIS · PAVLLI · F · STELLAE · C · F ·

CONIVGI · FIDELISSIMAE · PIENTISSIMAE

VIX · A · XXVI · OBIIT · POSTRID · N · SEPT · A · MDCCCIIII

FRANCISCVS · ZAMBECCARIVS

HEV · MARITVS · PARVI · TEMPORIS

(XXIII)

MARIAE · CIMBALONIAE

ANNOR · XVIIII

FEMINAE · RARAE · VIRTVTIS

QVAE · RECTE · ET · SVO · TEMPORE · ENIXA · INFANTVLAM

OBIIT · EX · INSPERATO · INTRA · HORAS · DVAS

V · ID · SEPT · A · MDCCCIIII

IOSEPHVS · GVALANDIVS

FECI · VXORI · DVLCISS · QVAM · HABVI · M · XI · D · VII

(XXIIII)

AVE · ANNA · ET · VALE

☧

CAMILLVS · BARONIVS

CVM · FRANCISCA · BOTTEGHIA · VXORE

POSVI · FILIAE · OPTIMAE

QVAE · AGENS · ANNVM · XXIII

PARENTES · SVOS · ET · DOMVM · VNIVERSAM

IN · LVCTV · RELIQVIT · IIII · ID · SEPT · A · MDCCCIIII

(XXV)

BEATRICI · RIZZOLIAE
MATRIFAMILIAS · GRAVI · PRVDENTI
QVAE · VIXIT · A · LVIIII
DECESSIT · EXITV · PLACIDISSIMO
A · D · V · ID · OCT · A · MDCCCIIII
SANCTES · SERAPHINVS · GVIDETTVS
VXORI · PIISSIMAE · BENEMERITAE

(XXVI)

ANGELAE · SPINELLIAE
VXORI · Θ · ANTONI · ROSSI
FEMINAE · RELIGIOSISSIMAE
VIXIT · A · LXXV · OBIIT · III · N · NOV · A · MDCCCIIII
IOSEPHVS · ET · ALOISIVS · ET · IOAN · BAPTISTA
PRIVIGNI
MATREM · HAVD · NOVERCAM · EXPERTI

(XXVII)

☧ HIC · SITA · EST ☧
THERESIA · VINCENTII · F · RASORIA
VXOR · PETRI · NOTARI
QVAM · NATAM · ANNOS · XXXI
INVIDA · MORS · ADEMIT
PATRI · ET · MARITO · MOESTISSIMIS
IDIB NOVEMBR · A · MDCCCIIII

(XXVIII)

H · S · E ·

MARIA · FERDINANDI · F · GHINIA

DOMO · CAESENA

CONIVX · Θ · CAESARIS · MARSILI · ABBATI

MATRONA · VETERIS · PIETATIS

ADFINITATE · ET · GRATIA · PII · VII · PONT · MAX ·

SPECTATISSIMA

VIXIT · A · LXXVII · OBIIT · POSTRID · K · DEC · A · MDCCCIIII

(XXVIIII)

☧ HIC · IACET ☧

ANGELA · VENTVROLIA

FEMINA · PIA

DILIGENS · REI · FAMILIARIS

VIXIT · A · XXXXV · OBIIT · POSTRID · N · DEC · A · MDCCCIIII

VENTVROLI · FRATRES · VINCENTIVS · ET · ANGELVS · F · C ·

AVE · SOROR · CARISSIMA · ET · VALE

(XXX)

CATHARINAE · VCCELLIAE

VXORI · Θ · IOAN · BAPTISTAE · GALLI

PIA · VIXIT · A · LXXIII · OBIIT · VII · ID · DEC · A · MDCCCIIII

FECIT · ELEONORA · FILIA

QVAE · SORORE · NVPER · AMISSA

SVPERSTES · VNA · MANSIT · AD · LACRIMAS

(XXXI)

MARIAE · ANNAE · ARTIMINIAE
FEMINAE · PIENTISSIMAE
QVAE · EGENTIBVS · ET · CALAMITOSIS
QVIBVSCVMQVE · POTVIT
SVBSIDIO · FVIT
VIXIT · ANNIS · LXXI
DECESSIT · XVI · KAL · FEBR · A · MDCCCV
MARCVS · LANDIVS
CONIVGI · OPTIMAE · POSVIT

(XXXII)

A ☧ Ω

ELISABETHAE · ROMAGNOLIAE
VXORI · Θ · MAVRI · TESII
PICTORIS · CLARISSIMI
FEMINAE · LITTERIS · BONISQ · ARTIBVS
ERVDITAE
PHRYGII · OPERIS · APPRIME · DOCTAE
VIXIT · A · LXXIII
OBIIT · III · KAL · MART · A · MDCCCV
DOMINICVS · TESIVS
FECIT · MATRI · AMANTISSIMAE · PIISSIMAE

(XXXIII)

MARIAE · IOSEPHI · F · DOLFIAE

VXORI · Θ · BENEDICTI · RATTAE · GARGANELLI

MATRONAE · GRAVISSIMAE

POSTREMAE · GENTIS · SVAE

QVAE · INGENIO · VALVIT · LITTERAS · COLVIT

DOCTORVM · HOMINVM · STVDIA · EXCITAVIT

PIA · VIXIT · A · LXXIIII · M · IIII · D · III

DECESSIT · V · ID · APR · A · MDCCCV

FRANCISCVS · POMPEIVS · FLAMINIVS

FILII · ET · HEREDES

POSVERVNT · MATRI · BENE · MERENTI

(XXXIIII)

ANNAE · ALFONSI · F ·
ELEPHANTVTIAE

QVAM · Θ · CAROLVS · IOANNETTVS

VXOREM · OPTIMAM · EXPERTVS · EST

Θ · ANDREAS · IOANNETTVS · CARD · ARCHIEP · N ·

FRATRIAM · HABVIT · VIRTVTE · CARISSIMAM

FILII · DECEM

MATRI · MERENTISSIMAE · FECERVNT

VIXIT · A · LXXI

OBIIT · POSTRID · NON · IVN · A · MDCCCV

( XXXV )

☧ HIC · SITA · EST ☧

MARIA · IOACHIMI · F · BARTOLOTTA

QVAE · AB · IPSA · PVERITIA

ANIMO · A · CVPIDITATIBVS · INVICTO

CORPORE · DIRIS · MORBIS · DIV · EXCRVCIATO

IN · SACRAMENTVM · AVGVSTVM

ET · MARIAM · PERDOLENTEM

EXARDESCENS

EXEMPLA · VETERIS · SANCTITATIS

RENOVAVIT

NATA · ANNOS · XXXI · M · IIII · D · VII

HILARIS · MORTEM · OBIVIT

VII · ID · IVN · A · CIↃ · IↃ · CCC · V

( XXXVI )

QVIETI

MARIAE · ELEONORAE · SANZIAE

FEMINAE · PIISSIMAE

CVIVS · MAGNA · FVIT · IN · EGENOS · BENEFICENTIA

VIXIT · A · LXVII

OBIIT · IN · PACE · XIIII · K · QVINT · A · MDCCCV

VINCENTIVS · PASCHALIS · RVSCONIVS

VXORI · CONCORDISSIMAE · F · C ·

( XXXVII )

ANNAE · CORSINIAE
PHILIPPVS · SOLA
POSVI · CVM · LACRIMIS · VXORI · FIDELISS ·
QVAE · MECVM · FECIT · ANNOS · XVIII
VIXIT · A · XXXVI · OBIIT · XIII · K · IVL · A · MDCCCV
VALE · VALE · CARISSIMA

( XXXVIII )

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧
CATHARINAE · IVL · CAESARIS · F · RAMPIONESIAE
FEMINAE · CASTISSIMAE
QVAE · VIXIT · A · LXXIII · M · VI · D · II
NVPTIARVM · EXPERS · OBIIT · X · CAL · SEPT · A · MDCCCV
IVNIPERA · RAMPIONESIA · TARVFFIA
SOROR · PATRVELIS · QVAE · ET · HERES · F · C ·

( LXXVIIII )

QVIETI · ET · PIETATI
CATHARINAE · MAZZONIAE
ANIMAE · SVAVISSIMAE
VIXIT · A · XXXI · OBIIT · X · K · NOV · A · MDCCCV
VINCENTIVS · LOLLIVS
FECI · MARITVS · MISERRIMVS
QVI · ET · DVOS · FILIOS · AMISI
PIGNORA · AMORIS · EIVS

(XXXX)

☧ HIC · SITA · EST ☧

ANNA · HIERONYMI · F · PVGGIOLIA

FEMINA · PIETATIS · EXIMIAE

INGENII · SINGVLARIS

QVAE · NVPTIIS · VIRGINITATEM · ANTETVLIT

ACV · PINXIT · PVLCHERRIME

VIXIT · A · XXXXIII · OBIIT · III · K · NOV · A · MDCCCV

ROSA · MATTIOLIA

OCVLIS · CAPTA

POSVIT · FILIAE · SOLATIO · SVO

(XXXXI)

GERTRVDAE · CRISTIANIAE

MATRIFAMILIAS · OPT · ET · SINGVLARIS · EXEMPLI

VIXIT · A · XXXXII · OBIIT · K · NOV · A · MDCCCV

IOACHIMVS · SIBAVDVS

F · CVM · LACRIMIS · CONIVGI · PLVS · DE · SE · MERITAE

QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSIT

(XXXXII)

☧ ANTONIAE · COCCHIAE ☧

NATAE · ANNOS · XXXXV

FVNCTAE · DIEM · SVVM · XVI · K · DEC · A · MDCCCV

ANTONIVS · MOLINARIVS · CVM · FILIIS

F · CONIVGI · DIMIDIO · ANIMAE · SVAE

(XXXXIII)

LVCIAE · MICHELINIAE
DOMO · SAXO · NIGRO
MICHAELE·RAMAZOTTO·PACE·BELLOQ·CLARISSIMO
PROGNATAE
FEMINAE · SVMMAE · PIETATIS
QVAE·VIXIT·A·LIIII·OBIIT·V·ID·DEC·A·MDCCCV
ALOISIVS · BORDONIVS
MARITVS · CVM · LACRIMIS · F ·

(XXXXIIII)

ROSA · FRANCISCI · F · DE · PAOLIS
VXOR · POMPEII · FONTANII · EQ · CONSTANTIN ·
DOMO · VICETIA
VIXIT · A · LX · OBIIT · XVII · K · IAN · A · MDCCCV
HEIC · AD · SEPVLCRVM · MARITI
VBI · CONDI · VOLVIT · ADQVIESCIT

(XXXXV)

HIC · SITA · EST
FRANCISCA · PAVLLI · F · CANEVELLIA
CONIVX · Θ · VINCENTII · GALLI
FEMINA · IMMOBILIS · PIETATIS
QVAE·PERPETVAM·SVAM·IN·EGENOS·LARGITATEM
INGENTI · LEGATA · PECVNIA · CVMVLAVIT
VIXIT · A · LXXI · OBIIT · V · K · IAN · A · MDCCCV

(XXXXVI)

☧ QVIETI · ET · MEMORIAE ☧

CLARAE · CAROLI · F · TORRIAE

VXORIS · Θ · IOANNIS · CALORI

QVAE · BIENNIO

SAEVISSIMVM·MORBVM·AEQVO·ANIMO·PERPESSA

FACILI · EXITV · EMIGRAVIT

IDIB · IAN · A · MDCCCVI

AGENS · A · LVII

CAROLVS · ET · IOSEPHVS · CALORI

FILII · MOERENTISSIMI · P · C ·

(XXXXVII)

AVE · ANNA · SVAVISSIMA

QVAE · FLORENS · INGENIO

DOCTA · FIDIBVS · ET · LINEARI · PICTVRA

INNOCENS · VITA

AMOR · ET · DELICIVM · FVISTI

MARIANI · CINTI · ET · LVCIAE · MANCINELLIAE

PARENTVM · MOESTISSIMORVM

HEV · QVAM · ATRA · FVIT · DIES

XII · K · FEBR · ANNI · MDCCCVI

QVA · TE · ANNOS · NATAM · VIX · QVINDECIM

IMMITISSIMA · MORS · ABRIPVIT

(XXXXVIII)

ANNAE · IOSEPHI · F · SAVORINIAE
VIRGINI · ANNOR · XXXIII
QVAE · OBIIT · POSTRID · N · FEBR · A · MDCCCVI
MARIA · MELLINIA
INFELIX
QVAE · PRIDEM · MARITVM · AMISI
NVNC · QVOD · MISERRIMVM · EST
MATER · FECI · FILIAE

(XXXXVIIII)

☧ HIC · SITA · EST ☧
BIRGITTA · GIORGIA
ORTV · CREMENSIS · CIVITATE · BONONIENSIS
VXOR · ZACHARIAE · BANTI
ADLECTA · HONORIS · CAVSSA
INTER · SODALES · PHILARMONICOS
QVAE
OB · EXIMIAM · MVSICES · PERITIAM
DOMI · FORISQVE
MAXIMAM · LAVDEM · SIBI · PEPERIT
VIXIT · A · XXXXVII · OBIIT · XII · K · MART · A · MDCCCVI
DOMINICVS · BARBIERIVS · DOCTOR · LEGVM
ET · VICTORIA · CONIVX
SOCRVI · ET · MATRI · FECERVNT

(L)

MARIA · VACCHIA
QVAE · VIXIT · A · XXXI · MECVM · VI
RELICTIS · FILIIS · TRIBVS
QVARTVM · VTERO · GERENS · FEBRI · OCCVBVIT
PRID · N · MART · A · MDCCCVI
HEIC · CVM · INFANTE · CAESONE · ADQVIESCIT
ANGELVS · MICH · GVASTAVILLANIVS
FECI · CVM · LACRIMIS
VXORI · ET · FILIO · DVLCISSIMIS
VALETE · MEA · DESIDERIA · VALETE

(LI)

☧ THERESIAE · TORRIAE ☧
CONIVGI · Θ · ANTONII · CALORI
CVIVS · IN · REGENDA · DOMO · SEDVLITATEM
NOTI · OMNES · MIRATI · SVNT
PIA · VIXIT · A · LXVII · M · XI
OBIIT · IIII · ID · MART · A · MDCCCVI
FRANCISCVS · IACOBVS · CAIETANVS · CAMILLVS
HEIC · VTI · VOLVIT
AD · SEPVLCRVM · SORORIS · EIVS
FACIVNDVM · CVRAVERVNT
MATRI · BENE · DE · SE · MERITAE

(LII)

MARIAE · MAGDALENAE · PARACCHIAE
FEMINAE · RARISSIMAE
QVAE · PERFECTAE · VIRTVTIS · STVDIO · EXARSIT
DIVTINAM · ET · PERMOLESTAM · PHTHISIM
TVLIT · PATIENTER · CVM · GAVDIO
VIXIT · A · XXXI · M · VIIII · D · VI
DECESSIT · XVI · K · APR · A · MDCCCVI
IOSEPHVS · TRIACHINIVS
CONIVGI · DVLCISSIMAE · POSVIT

(LIII)

MARIAE · ANTONII · F · TONELLIAE
VXORI · Θ · IOAN · BENEDICTI · GARDINI
MATRIFAMILIAS · SVPRA · OMNIA · EXEMPLA
QVAE · FILIOS · SEPTEM
A · PRIMA · AETATE · PATRE · ORBOS
DE · SVO · ALVIT · INSTITVIT
AD · OMNEM · VIRTVTEM · INFORMAVIT
ADVLTOS · QVATVOR · MORTE · PRAEREPTOS
MAGNO · FORTIQVE · ANIMO · AMISIT
VIXIT · A · LXXI · D · VIII
OBIIT · PRID · CAL · APR · AN · MDCCCVI
IOACHIMVS · ET · CAIETANVS
CVM · ROSALIA · SORORE
FECERVNT · MATRI · INCOMPARABILI

(LIIII)

MARIA · PANCALDIA
CONIVX · Θ · ANGELI · BELLETTI
HIC · SITA · EST
VIX · A · LXI · OBIIT · ID · APR · A · MDCCCVI
M · S · F · I ·

(LV)

ROSAE · CAROLI · F · BORIANIAE
QVAE · VIXIT · A · XXVIIII · M · VIIII · D · IIII
IN · PARTV · PERIIT · ID · IAN · A · MDCCCIIII
ET · MAGDALENAE · ALBERTIAE · MATRI · EIVS
QVAE · VIXIT · A · LVII · M · VIII · D · VII
APOPLEXI · ABREPTA · EST · X · K · MAIAS · A · MDCCCVI
ANGELVS · MARTELLIVS
P · CONIVGI · ET · SOCRVI · DVLCISSIMIS

(LVI)

LAVINIAE · IACOBI · F · PRINIAE
DOMO · REGIO · LEPIDI
FEMINAE · LECTISSIMAE
QVAE · VIRTVTIBVS · SALESIANIS
A · PRIMA · AETATE · FLORVIT
CAROLVS · RANVTIVS
P · CVM · LACRIMIS · VXSORI · CARISSIMAE
QVAE · VIX · A · XXVII · OBIIT · ID · IVN · A · MDCCCVI

(LVII)

A ☧ Ω

ANGELAE · MARIAE · PELIAE

PVELLAE · INDOLIS · AD · VIRTVTEM · PRAESTANTIS

SEDVLITATIS · SINGVLARIS

QVAE · VIXIT · A · XVII · M · III · D · XVIII

DECESSIT · XIIII · K · QVINT · A · MDCCCVI

ANTONIVS · PELIVS

FECIT · CVM · LACRIMIS

FILIAE · PRIMIGENAE

RARISSIMAE

(LVIII)

☧ HIC · SITA · EST ☧

SERAPHINA · MORELLIA

VXOR · Θ · IOSEPHI · TRANQVILLI · MONTI

MATERFAMILIAS · OPTIMA · SANCTISSIMA

EDVCATRIX · SOLERTISSIMA · LIBERORVM

ALTRIX · EGENORVM

QVOS · ET · HOSPITIO · ACCEPIT

VIXIT · A · LXXV · M · VIII · D · XVI

DIVTINO · MORBO · CONFECTA

DECESSIT · ANIMO · INVICTO · ET · PIO

VI · NON · OCT · A · MDCCCVI

FILII · VIII · F · C ·

(LVIIII)

ANNAE · ANDREAE · F · ALLEGRIAE
FEMINAE · PIENTI · FRVGI
QVAE · VIXIT · A · XXVIIII
BIENNIO · MORBVM · ACERBISSIMVM
SPE · MANSVRAE · BEATITATIS · FORTITER · TVLIT
OBIIT · PRID · N · NOV · A · MDCCCVI
PETRONIVS · MONTANARIVS
MARITVS · INFELIX
CVM · PIGNORIBVS · DE · EA · NATIS
DIGNISSIMAE · FECIT

(LX)

☧ HIC · REQVIESCIT ☧
THERESIA · LVDOVICI · F · GVIDALOTTA
POSTREMA · FAMILIAE · SVAE
MATRONA · VETERIS · SANCTITATIS
QVAE · FILIOS · ET · NEPOTES
MONITIS·EXEMPLISQ·AD·OMNEM·VIRTVTEM·FINXIT
VIXIT · A · LXX · M · XI · D · XXVIII
OBIIT · VIIII · K · DEC · A · MDCCCVI
FRANCISCVS · GVIDALOTTVS · FRANCHINIVS
VXORI · VNANIMI
ANTONIVS · CVM · MARIA · ET · MAGD · SORORIB ·
MATRI · BENEMERENTI

( LXI )

ALOISIAE · PETRI · F · GVIDVCCIAE
CONIVGI · MEAE · SECVNDAE
PIAE · FRVGI · PVDICAE · INCOMPARABILI
QVAE · VIXIT · A · XXVII · MECVM · II
OBIIT · III · ID · DEC · A · MDCCCVI
ET · FRANCISCO · ROSINIO
FILIO · VNICO
BIMESTRI
POST · DIES · XIIII · MATREM · SVBSEQVVTO
IOANNES · ROSINIVS · MED ·
MARITVS · ET · PATER · INFELICISSIMVS

( LXII )

☧ HIC · EST · POSITA ☧
IVNIPERA · MELLINIA · GARANIA
FEMINA · PIISSIMA
QVAE · VALETVDINE · PROHIBENTE
NE · INTER · VIRGINES · DEO · DEVOTAS
VTI · A · PVERITIA · EXOPTAVERAT
ADLEGERETVR
IN · CONTVBERNIO · SORORVM · IESVATARVM
QVOAD · EARVM · COENOBIVM · STETIT
TENAX · PROPOSITI · AD · SENECTVTEM · MANSIT
VIXIT · A · LXXVII · OBIIT · PRID · ID · DEC · A · MDCCCVI

( LXIII )

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧

SILVERIAE · IOSEPHI · F · SINIBALDIAE

CONIVGIS · SVAVISSIMAE

AMANTISSIMAE.

QVAE · VIXIT · ANNIS · XXIIII

MORBVM · QVINQVENNEM

MIRA · CONSTANTIA · TOLERAVIT

DECESSIT · X · KAL · IAN · ANNO · MDCCCVI

ALOISIVS · BANDIERA

FECIT · CVM · LACRIMIS

( LXIIII )

QVIETI · ET · MEMORIAE

CANDIDAE · LVDOVICI · F · GAMAE

FEMINAE · INGENIO · ALACRI

FORMA · EXIMIA

MORIBVS · IVCVNDISSIMIS

QVAE · VIXIT · A · XXIIII

OBIIT · XVII · K · FEBR · A · MDCCCVII

IOSEPHVS · BRENTAZOLIVS

EIVS · CONNVBIO · VSVS · A · II

POSVI · MARITVS · MISERRIMVS

AVE · VXOR

AVE · ANIMA · DVLCISSIMA

( LXV )

A ☧ Ω

IVLIAE · OCTAVII · F · VARRINIAE
VXORI · Θ · VINCENTII · DIOLAITI
FEMINAE · SPECTATISSIMAE
PIETATE · ET · CONSTANTIA
LAVDEM · OMNEM · SVPERGRESSAE
QVAE · VIXIT · A · LXVII · M · XI · D · XXVII
DECESSIT · VII · KAL · FEBR · A · MDCCCVII
ANTONIVS · ET · OCTAVIVS
CVM · MARIA · MAGDALENA
ET · MARIANNA · ET · ANNA · SORORIBVS
MATRI · CARISSIMAE

(LXVI)

CATHARINAE · SEBASTIANI · F ·
CANTERZANIAE
PAVLLVS · FABRIVS
FECI · CONIVGI · MEAE
QVAE · INGENIO · ET · SOLERTIA
IVCVNDA · SVIS · PERVTILIS · MIHI
PROBATA · OMNIBVS · FVIT
VIXIT · A · XXXVI · D · XV
OBIIT · XV · PVERPERII · DIE
PRID · NON · FEBR · A · MDCCCVII

(LXVII)

ANGELAE · FERDINANDI · F · BALDIAE
ANNOR · LXX
VXORI · IOANNIS · GAMBARI
MATRIFAMILIAS · SINGVLARIS · EXEMPLI
QVAE · CVM · MARITO · CONIVNCTISSIME · VIXIT
LIBEROS · DILIGENTISSIME · INSTITVIT
MODESTIA · COMITATE · PRVDENTIA · EXCELLVIT
PIETATEM · IMPENSE · COLVIT
DIVTINVM · MORBVM · HILARIS · PERPESSA
PLACIDO · EXITV · DECESSIT
XVII · KAL · MARTIAS · A · MDCCCVII
IOSEPHVS · GAMBARVS
ADVOCATVS · ET · EQ · CORONAE · FERREAE
PARENTI · INCOMPARABILI

(LXVIII)

☧ QVIETI · ET · PIETATI ☧
MARIAE · BONDIOLLIAE
QVAE·VIX·A·LXIIII·OBIIT·XII·K·MART·A·MDCCCVII
IACOBVS · GIRVS · MED ·
FECIT·MAGISTRAE·AMANTISSIMAE·SOLERTISSIMAE
FILIARVM · SVARVM
QVEIS · ANVS · OPTIMA
LONGVM · SVI · DESIDERIVM · RELIQVIT

(LXVIIII)

MAGDALENAE · GALLIZIAE
DOMO · SENOGALLIA
CONIVGI · Θ · MICHAELIS · GIANNINI
FEMINAE · MORVM · OPTIMORVM
QVAE · ADVERSA · VALETVDINE
FERE · SEMPER · CONFLICTATA
POST · ACERBISSIMOS · DOLORES
SINE · QVESTV · PER · ANNVM · TOLERATOS
DECESSIT · VII · K · MARTIAS · A · MDCCCVII
NATA · ANNOS · LVIII
FELIX · MATTEIVS · SAC·
HERES · VSVFRVCTVARIVS · F · C·

(LXX)

MARIAE · THERESIAE · DOMINICAE · F·
GIOVANNINIAE
CONIVGI · Θ · VINCENTII · DE · MARIA
FEMINAE · RELIGIOSISSIMAE
ERGA · LIBEROS · SVPRA · MODVM · PIENTI
QVAE·VIX·A·LXVI·OBIIT·III·K·MART·A·MDCCCVII
IACOBVS · ET · ANGELVS · DE · MARIA
FECIMVS · FILII · MOESTISSIMI
AVE · AVE · MATER · OPTIMA
DESIDERATISSIMA.

(LXXI)

A ☧ Ω

PAVLLAE · PALAZZIAE

VXORI · Θ · DOMINICI · BARBIERI

FEMINAE · INSIGNIS · EXEMPLI

QVAE

RELIGIONE · PRVDENTIA

OMNIQ · VIRTVTVM · DOMESTICARVM · LAVDE

EXCELLVIT

VIXIT · ANNIS · LXXII

DECESSIT · A · D · IIII · NONAS · MARTIAS

AN · MDCCCVII

IOANNES · FRANCISCVS · BARBIERIVS

EX · ORD · FRATRVM · FRANCISC ·

QVEIS · A · CONVENTV · NOMEN · EST

CONCIONATOR · APOSTOLICVS

MISSVS · AD · GENTES · BARBARAS

F · C ·

PARENTI · SANCTISSIMAE

CVI · SVPREMA · PIETATIS · OFFICIA

PRAESENS

EXSOLVISSE · POTVIT

(LXXII)

☧ HIC · SITA · EST ☧

OLYMPIAS · PROSPERI · F · BIANCHINIA

MATRONA · VIRTVTIS · EXIMIAE

QVAE · DEVM · SVMMA · RELIGIONE · COLVIT

EGENOS · ET · CALAMITOSOS · OMNI · OPE · LEVAVIT

MORBVM · MOLESTISS · ANNIS · AMPLIVS · TRIGINTA

INFRACTO · ANIMO · PERTVLIT

VIXIT · A · LVIII · M · II · D · XVI

EXITV · SANCTISSIMO · DECESSIT · PRID · ID · APR

A · MDCCCVII

PETRVS · ALDROVANDVS

VXSORI · INCOMPARABILI

LAVRA · ET · ANNA · ET · CATHARINA

SORORI · RARISSIMAE · BENEMERENTI

(LXXIII)

LVCRETIAE · DOMINICI · F · PEDRETTAE

FEMINAE · A · PIETATE · SPECTATISSIMAE

QVAE · INOPIAM · MISERORVM

IMPENSE · LENIIT

VIXIT · A · LXXXVII

OBIIT · XIIII · K · MAIAS · A · MDCCCVII

ANTONIVS · ROSSIVS · VACCARIVS

CONIVGI · AMANTISSIMAE

(LXXIIII)

ARTILIAE · ROVERELLIAE
DOMO · FERRARIA
CONIVGI · Θ · IGNATII · GVICCIOLI · EQ ·
MATRONAE · GRAVISSIMAE · PIENTISSIMAE
VIX · A · LXXVIIII · OBIIT · XIIII · KAL · MAIAS · A · MDCCCVII
GVICCIOLI · FRATRES
ALEXANDER · EQ ·
ET · IOANNES · BAPTISTA
VIC · GENERALIS · ARCHIEPISCOPI · RAVENNATIVM
MATRI · FECERVNT

(LXXV)

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧
ROSAE · OLIVI · F · GVASTVZZIAE
VXORI · CAIETANI · MONTII
Θ · ANNO · MDCCLXXXXVII
VIRI · EXIMII
CVIVS · DOCTRINAM · VBERRIMAM
CIVES · SVI · ADSIDVE · REPVTANT
CLARA · PAZZIA · FERRATINIA
HERES · F · C ·
VIX · A · LXXXVIII · OBIIT · XVI · K · IVN · A · MDCCCVII
AVE · ANIMA · PIENTISSIMA
ET · VALE · IN · PACE

(LXXVI)

H . S · E ·

FELICITAS · PROCVLI · F · STORNIA

QVAE · FACIE · EGREGIA · AETATE · INTEGRA

ABREPTA · EST · MARITO · MISERRIMO

FVNVS · FILIOLAE · VNICAE · ADHVC · ILLACRIMANTI

VIX · A · XVIIII · OBIIT · POSTRID · ID · IVN · A · MDCCCVII

IOSEPHVS · MALFERRARIVS · P · VXORI · CARISSIMAE

(LXXVII)

LIVIAE · HANNIBALIS · F · E · SOMALEA

DOMO · PLACENTIA

FEMINAE · INGENIOSISSIMAE

LITTERIS · ET · MVSICIS · ERVDITAE

QVAE · VIX · A · XXVIIII · OBIIT · IIII · K · QVINT · A · MDCCCVII

VLYSSES · ALDROVANDVS

VXORI · DVLCISSIMAE · FECIT

(LXXVIII)

☧ HIC · SITA · EST ☧

ANNA · LVDOVICI · F · GOTTIA

PVELLA · SVPRA · ANNOS · PIA · GRAVIS · CONSTANS

DOMITRIX · CVPIDITATVM

VIX · A · XVIII · OBIIT · PRID · ID · AVG · A · MDCCCVII

THERESIA · GNVDIA

FILIAE · OBSEQVENTISSIMAE · P · CONTRA · VOTVM

(LXXVIIII)

☧

CATHARINAE · LVDOVISIAE

VXORI · OPTIMAE

DAVID · ZANOTTVS

HEV · FECIT · IN · SENIO

VIXIT · A · L · M · VIII · D · XV

OBIIT · PR · K · DEC · A · MDCCCVII

AVE · ET · VALE · IN · PACE

(LXXX)

CHRISTINAE · LIBERATAE · CVPPINIAE

VXORI · Q · RINALDI · DVGLIOLI

MEDICI

VIRI · PIENTISSIMI · BENEFICENTISSIMI

QVI·IN·DOTES·PVELLAR·ET·SVBSIDIVM·EGENOR·

VNIVERSAM · SVBSTANTIAM · SVAM · MANCIPAVIT

VIXIT · A · L

OBIIT · PRID · K · NOV · A · MDCCLXIIII

VII · VIRI · MVNICIPII

CINERIBVS · INLATIS

EX · AEDE · QVAE · FVIT · S · BARBATIANI

F · C · A · MDCCCVII

OB · MERITA · VIRI · EIVS · IN · CIVES

(LXXXI)

☧

HEIC · SITA · EST
THERESIA · IOSEPHI · F · BONAZZIA
FEMINA · SPECIOSA · FRVGI · DOMISEDA
PATRIS · AMANTISSIMA
CVIVS · IN · REBVS · PROSPERIS · TEMPERANTIA
IN · ADVERSIS · FORTITVDO
ENITVIT
VIXIT · A · XXXXVI · M · VIIII · D · XIII
DECESSIT · A · D · XVI · KAL · IAN ·
ANNO · MDCCCVII

(LXXXII)

CAROLOTTAE · THOMAE · F ·
ELEPHANTVTIAE
VIRGINI · ANNOR · SEPTEMDECIM
QVAE · OBIIT · V · CAL · IAN · A · MDCCCVII
ALOISIVS · ELEPHANTVTIVS
FRATRIS · FILIAE
QVAM · PATRE · ORBAM
DOMIQVE · SVAE · EDVCATAM
MIRE · DILEXIT · PROPTER · MORES · EIVS
SVAVISSIMOS

(LXXXIII)

A ☧ Ω

HIC · SITA · EST

MARIA · BERSELLIA

VIRGO · PERPETVA

HAEC · STVDIO · PERFECTAE · VIRTVTIS · INCENSA
COLLEGIO · SORORVM · CARMELITAR · TERTIANAR·
NOMEN·DEDERAT·VALETVDINE · IMPEDIENTE · QVO
MINVS· PROFITERETVR · DOMI · TERNA · DEO · VOTA
NVNCVPAVIT·QVARTO·ADIECTO·SE·PRO· MALEFICIO
BENEFICIVM · VSQVE · REPENSVRAM · EADEM
PVELLIS · DERELICTIS · AD · PIETATEM · OMNEMQ ·
VIRTVTEM · ERVDIENDIS · CONTVBERNIVM
GRATVITVM · PENES · SE · CONSTITVIT · IN · SVMMA
ANNONAE·CARITATE·A·MDCCC·SCVT·DCC·N·FVNDO
DISTRACTO · IN · EARVM · ALIMENTA · CONTVLIT
SOLERS · MANSVETA · DEO · VNICE · CONFISA

VIXIT · A · LXXIII

EXITV · SANCTISSIMO · EMIGRAVIT

PRID · K · IAN · ANNO · MDCCCVII



(LXXXIIII)

CLARICI · FRANCISCI · F · FABRIAE
CONIVGI · Θ · IVLII · CAPELLI
MATRIFAMILIAS · PIAE · FRVGI · PRVDENTI
QVAE · A · PRIMA · AETATE
CVPIDITATES · SEXVS · SVI · COMPESCVIT
VLCVS · TRIGINTA · ANNORVM
VIRTVTE · INCREDIBILI · SVSTINVIT
VIXIT · A · LXXVI · M · II · D · IIII
OBIIT · XV · K · FEBR · A · MDCCCVIII
IOAN · ALOISIVS · CAPELLIVS
TABELLIO
MATRI · FRVGALISSIMAE

(LXXXV)

AMALIAE·HANNIBALIS·F·DE·BLANCHIS
VXORI · Θ · CAROLI · PEPVLI
MATRONAE · SPECTATISSIMAE
CVLTRICI · EXIMIAE · VIRTVTVM · SALESIANARVM
QVAE·AERVMNAS·MORTALIBVS·INELVCTABILES
IN · OMNI · VITA · CONSTANTISSIME · TVLIT
VIX · A · LVII · OBIIT · V · K · MART · A · MDCCCVIII
CAROLVS · IOSEPHVS · EQ ·
ET · FRANCISCVS · CANONICVS · DECANVS
SORORI · POSVERVNT

(LXXXVI)

ANNAE · PETRONII · F · PILATAE
CONIVGI · Θ · PETRONII · MAGRI
MATRIFAMILIAS · DILIGENTISSIMAE
QVAE · OMNIBVS · QVIBVSCVMQVE · POTVIT
BENE · FECIT
ADVERSAM · VALETVDINEM · ANNOS · XXX
RELIGIONE · SVSTENTATA · ANIMO · AEQVISS · TVLIT
VIXIT · A · LXV
OBIIT · IIII · ID · MARTIAS · A · MDCCCVIII
MARIA · MELLINIA · ET · CATHARINA · FELICORIA
MATRI · CARISSIMAE · F · C ·

(LXXXVII)

ANNAE · DOMINICI · F · POMIAE
VXORI · Θ · FRANCISCI · RHO
VXORI · Θ · MATTHAEI · GASPARIS · LEONESI
QVIBVS · OFFICIA · OMNIA
CONIVGIS · PIAE · FRVGI · PRVDENTIS
PRAESTITERAT
VIXIT · A · LXXII · M · VIII · D · VIIII
OBIIT · III · ID · MARTIAS · A · MDCCCVIII
PARISIVS · BARALDIVS
MARITVS · IDEMQ · HERES · EX · ASSE
MOERENS · PONENDVM · CVRAVIT

(LXXXVIII)

ELEONORAE · LVDOVICI · F · BECCADELLIAE
MATRONAE · LECTISSIMAE
CVIVS · RELIGIO · IN · DEVM
PIETAS · IN · SVOS · MIRE · INLVXIT
VIXIT · A · LXXIIII · OBIIT · XI · K · APR · A · MDCCCVIII
DONATVS · LEGNANIVS · QVI · ET · AGVCCHIVS
VXORI · AMANTISSIMAE · INCOMPARABILI
FABIVS · ET · LVD · ET · ALEXAND · EQ · CORONA · FERREA
CVM · HIPPOLYTA · SORORE
MATRI · OPTIMAE · BENEMERENTI · POSVER ·

(LXXXVIIII)

HIERONYMA · ALOISII · F · BENTIVOLA
MATERFAMILIAS · SPECTATISSIMA
QVAE · INGENIO · SOLERTIA · CONSILIO
IN · ADCVRAND · DOMO · LONGE · VLTRA · FEMINAM · FVIT
PIA · VIXIT · A · XXXII · M · XI · D · VI
POST · FETVRAM · LABORIOSISSIMAM
OBIIT · DIE · QVINTO · PVERPERII · SECVNDI
K · APR · A · MDCCCVIII
HEIC · CVM · FILIOLO · PRAEREPTO · ORTV · IPSO
SITA · EST
HENRICVS · BANZIVS
VXORI · ET · FILIO · MOERENS · POSVIT

(LXXXX)

THEODORAE · MARIAE · CALZOLARIAE
CONIVGI · IOSEPHI · CHIERICI
ΤΙΠΟΘΗΤΟΙ
FEMINAE · PIETATIS · ANTIQVAE
INGENII · ET · PRVDENTIAE · SINGVLARIS
QVAE · IN · PRIMA · AETATE
INTER · CETERAS · PVELLAS
PERITIA · CATECHESIS · CHRISTIANAE · PRAECELLENS
TITVLVM · REGINAE · RITE · ADEPTA · EST
RVDIMENTA · RELIGIONIS · AD · EXTREMVM · VITAE
STVDIOSISSIME · EXPLANAVIT
VIXIT · A · LXIII · OBIIT · PRID · N · APR · A · MDCCCVIII
AMICI · VIRI · EIVS · MOESTISSIMI
NE · VIRTVTIS · EGREGIAE · MEMORIA · OBSOLESCAT · F · C ·

(LXXXXI)

LVCRETIAE · AVGVSTINI · F · MONTIAE
FEMINAE · PIAE · COMI · BENIGNAE
QVAE · OFFICIA · OMNIA · MATRISFAMILIAS
DILIGENTER · SANCTEQVE · OBIVIT
MORBVM · PERMOLESTVM · TRIENNIO · SVSTENTAVIT
VIX · A · LX · M · X · D · XXIX · OBIIT · VI · ID · APR · A · MDCCCVIII
ALOISIVS · MIGNANIVS
CONIVGI · AMANTISSIMAE · FECIT

(LXXXXII)

MARIAE · LVDOVICI · F · LOTTIAE
FEMINAE · PIAE · PVDICAE
SAEVI · DIVTVRNIQ · MORBI · PATIENTISSIMAE
VIXIT · A · XXXXVI · OBIIT · XVII · K · MAIAS · A · MDCCCVIII
FRANCISCVS · ROSASPINA
MOERENS · P · VXORI · OPT · AD · SEPVLCRVM · FILIAE
QVO · SE · INFERRI
MATER · AMANTISSIMA · PRAEOPTAVIT

(LXXXXIII)

THERESIAE · CORNELII · F ·
MALASPINAE
DOMO · LICIANA
DITIONE · GENTIS · SVAE
VXORI · Θ · IOSEPHI · ANGELELLI
MATRONAE · EXIMIAE
QVAE · DOMVM · CLARISSIMAM · CONIVGIS
OMNI · VIRTVTVM · LAVDE
EXORNAVIT
VIXIT · A · P · M · LXII
DECESSIT · PRID · N · MAIAS · A · MDCCCVIII
MAXIMILIANVS · ANGELELLIVS
PARENTI · OPTIMAE

(LXXXXIIII)

A ☧ Ω

HIC · IACET
CLAVDIA · VALENTINIA
PVELLA
INDOLE · ET · FORMA · PRAESTANS
INTEGRITATE · MORVM · PRAESTANTIOR
VIXIT · A · XVIIII · M · VIIII · D · VII
OBIIT · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCVIII
ALOISIVS · VALENTINIVS
ET · MARIANNA · TREBBIA
FILIAE · DVLCISSIMAE
CVI · ET · NVPTIAS · ADORNAVERANT

(LXXXXV)

H · S · E ·
PENELOPE · LVDOVICI · F · RATTA · C · F ·
VXOR · Θ · LVCII · MALVETII
QVAE · INGENIO · ET · PIETATE · ENITVIT
BENEFICENTIA · IN · EGENOS · OFFICIO · IN · OMNES
EXCELLVIT
VIXIT · A · LXXXX · M · VI · D · VII
DECESSIT · XVIII · K · IVN · A · MDCCCVIII
FILII · MOERENTES · POSVERE

(LXXXXVI)

MARIANNAE · MORANDIAE
CONIVGI · CAIETANI · RIGVZZI · MED ·
FEMINAE · VERECVNDAE · RELIGIOSAE
VIX · A · XXVII · OBIIT · POSTRID · ID · IVN · A · MDCCCVIII
IOSEPHVS · PATER
FILIAE · OPTIMAE
IOANNES · BAPT · CAN · ET · HANNIBAL · ANT · PATRVI
FRATRIS · F · OBSEQVENTISSIMAE
QVAM · A · PVERITIA · PENES · SE · INSTITVTAM
NVPTIIS · COLLOCAVERANT

(LXXXXVII)

GERTRVDAE · ALEXANDRI · F · CALORIAE
QVAE · VIXIT · A · XXXVIIII · M · VII
OBIIT · VI · ID · APR · A · MDCCCV
ANTONIVS · BANDIERA
MARITVS · MOESTISSIMVS · POSVIT
ET · THERESIAE · IOANNIS · DOMINICI · F · BVSSIAE
QVAM · VXORE · PRIMA · AMISSA · DVXIT
NEQVE · DIV · HABVIT
VIXIT · A · XXV · M · II · D · XXV
OBIIT · V · K · IVL · A · MDCCCVIII
HAVETE · ET · VALETE
ANIMAE · CARISSIMAE

(LXXXXVIII)

ANNAE · MARIAE · RVVINETTAE
FEMINAE · VETERIS · SANCTIMONIAE
QVAE
IN·VIRGG·DEO·SACRAS·COOPTARI·PRAECVPIENS
VOTI · PERPETVO · EXPERS
RELIGIOSISSIMAE · DISCIPLINAE
VITAM · QVOAD · LICVIT · DOMI · CONFORMAVIT
PVELLAS · DERELICTAS
EXCEPIT · ALVIT · ERVDIVIT
EGENORVM · CALAMITATES · QVASCVMQVE · POTVIT
SOLATA · EST
AGENS · A · LXVIII · OBIIT · V · K · AVG · A · MDCCCVIII
ANGELA · RVVINETTA · GAVARVZZIA
ET · FRATRES · BAZZANI · VINCENZI · FERRETTI
SORORI · ET · MATERTERAE · POSVERVNT

(LXXXXVIIII)

DOMINICAE·VIOLANTIAE·GASPARIS·F·COMANIAE
IOANNES · FORNASARIVS
FECIT · CVM · LACRIMIS
VXORI · SEDVLAE · MODESTAE · OBSEQVENTI
QVAE·SVBITO·INTESTINORVM·DOLORE·CORREPTA
EXITV·PIISSIMO·DECESSIT·K·SEXT·A·MDCCCVIII
NATA · ANNOS · XXXVI

(c)

A ☧ Ω

ELEONORAE · BENEDICTI · F · RATTAE
MATRONAE · PRAESTANTI
QVAE · ORTA · LOCO · CLARISSIMO
REM · FAMILIAREM · ADSIDVE · SATAGENS
FIDE · IN · VIRVM · PIETATE · IN · LIBEROS
LENITVDINE · IN · FAMVLOS · SINGVLARI
MATRVMFAMILIAS · EXEMPLAR · EXSTITIT
EADEM · LITTERIS · EXCVLTA
COMIS · BENEFICA · RELIGIOSA
VIXIT · A · LIII · M · X · D · XVII
OBIIT · VII · ID · AVG · A · MDCCCVIII
ALAMANNVS · ISOLANIVS
VXORI · INCOMPARABILI · FECIT
CVM · LACRIMIS

# EPITAPHIA PVERORVM

(I)

VINCENTIO · GVIDOTTO
PVERO · SCITVLO · INNOCENTI
HANNIBAL · PATER
FILIO · CARISSIMO · FECIT
VIXIT · A · VII
OBIIT · XIIII · K · NOV · A · MDCCCI

(II)

☧ DOMINICO · BADINIO ☧
INFANTI
BLANDO · FESTIVO
IOSEPHVS · BADINIVS
FILIO · TRIMO · DVLCISSIMO
QVI · OBIIT · X · K · SEPT · A · MDCCCII

(III)

PETRVS · MORESCHIVS
VIXI · A · VI · M · VIIII · D · XXIII
AMOR · PARENTVM
PHILIPPI · MORESCHI · ET · ANNAE · PILATAE
QVI · ME · ABREPTVM · POSTRID · ID · NOV · A · MDCCCII
HEIC · HVMANDVM · CVM · LACRIMIS · CVRAVERVNT

(IIII)

☧ LVDOVICO ☧

INFANTI · DIER · III · HORAR · X

FRANCISCVS·RATTA·ET·AEMILIA·DONESMVNDA

FILIO · PRIMIGENO · DESIDERATISSIMO

QVI· RAPTVS· EST · POSTRID · ID · APR · A · MDCCCIIII

(V)

HIC · IACET

CAIETANVS · ANT · F · COLLIVA

PVERVLVS · FORMOSVS · ALACER

QVI · POST · FVNVS · PATRIS

VNICVM · SOLAMEN · RELINQVEBATVR

ANNAE · MINGHETTIAE

MATRI · MOESTISSIMAE

VIXIT · A · IIII · M · XI · D · VIIII

OBIIT · XIII · KAL · QVINT · A · MDCCCIIII

(VI)

ALOISIVS · MIGNANIVS

CVM · MARIA · GALLA · VXORE

FECIT · CAMILLO · FILIO

QVI·OBIIT·QVINQVENNIS·XIIII·K·IVN·A·MDCCCV

AVE · CAMILLE · SVAVISSIME

NOS · TE · EO · ORDINE

QVO · DEVS · IVSSERIT · SEQVEMVR

(VII)

☧ CINERIBVS ☧

CAIETANI · LEI

NAT · MVTINAE

QVI · AGENS · ANNVM · VII

THERESIAE · NASTRINIAE · MATRIS

FATVM · SVBIIT · VI · K · IVL · A · MDCCCV

ANTONIVS · PATER

BINIS · FVNERIBVS · INFELICISSIMVS

FILIO · VNICO · POSVIT

(VIII)

☧

CAESAR · ANTINORIVS

HEIC · SITVS · EST

QVI · FRATRVM · DVORVM · HABVIT

NOMEN · IDEM · ET · FATVM

LACRIMAS · COHIBE · ALOISI · PATER

TVQVE · GERTRVDE · MATER · CARISSIMA

SIQVIDEM · VNA · CVM · TENELLIS · FRATRIBVS

MORTALIVM · PRAEREPTVS · MALIS

PACE · FRVOR · CAELESTIVM

OBIIT · IN · BIMATV · VI · ID · AVG · A · MDCCCV.

(VIIII)

☧ CINERIBVS ☧

IOSEPHI · PESCI

ANDREAS · ET · IVLIA

PARENTES

HEV · QVEM · VNVM · POST · ANNOS · SEPTEM

SVSCEPIMVS

TRIMESTREM · SVBITO · AMISIMVS

XV · K · NOV · A · MDCCCV

AVE · FILI · DVLCISSIME

AVE · NOSTRVM · DESIDERIVM

(X)

Α ☧ Ω

IOANNI · BAPTISTAE · FRANCISCI · F·

MANFREDINIO

INFANTI · BIMO · DELICATO

QVI · OBIIT · NATALI · SVO

VIII · K · QVINT · AN · MDCCCVI

AVRELIA · ZANOLINIA

MATER · MOERENTISSIMA

QVAE · VIRO · AMISSO

SPEM · OMNEM · IN · FILIO · COLLOCAVERAT

(XI)

☧ CAESARI ☧

INFANTI · ANNI · VNIVS · MENSIVM · QVATVOR

QVI · ABREPTVS · EST · XI · CAL · SEXT ·

A · MDCCCVI

CAIETANVS · FERLINIVS

CVM · MARIA · BERNARDIA · CONIVGE

FECIT · FILIO · DVLCISSIMO

HEV · BREVIS · VOLVPTAS · FVIT

(XII)

☧

CAESAR · INFANS

H · S · E ·

VIXIT · M · III · D · XIII

OBIIT · VI · K · SEPT · A · MDCCCVI

FECERVNT

FRANCISCVS · LANDIVS

ET · ELEONORA · GARDINIA

PARENTES

AVE · CAESAR · ET · VALE

(XIII)

☧ PETRO · OSTIO ☧

PVERVLO · ANNOR · IIII · MENS · VII

SVPRA · MODVM · AETATIS · GNAVO · SCIENTI

QVI · RAPTVS · EST · IIII · KAL · FEBR ·

A · MDCCCVIII

CAIETANVS · OSTIVS

ET · MAGDALENA · BALDINIA

EXADVERSO · SEPVLCRI · ELISABETHAE

SORORIS · EIVS

FILIO · CARISSIMO · F · CVM · LACRIMIS

(XIIII)

BENEDICTO · RATTAE

MENS · V · DIER · III

ABREPTO · III · K · FEBR · A · MDCCCVIII

ET · ROSAE · SORORI

ANNI · I · MENSIVM · VIII · DIER · XV

MORTEM·EIVS·POST·DIES·XXXIIII·SVBSEQVVTAE

FRANCISCVS · RATTA · ET · AEMILIA · DONESMVNDA

PARENTES · MOESTISSIMI

POS · AD · SEPVLCRVM · LVDOVICI · FRATRIS

VT·QVORVM·ANIMI·CAELO·IVNGVNTVR

EORVM · CINERES · IN · TERRIS · NE · DISTARENT

( XV )

ALEXANDRO · ET · PHILIPPO

INFANTIBVS

QVI · IN · BIMATV · RAPTI · SVNT

ALEXANDER · K · SEPT · A · MDCCLXXXXVIII

PHILIPPVS · IDIB · OCT · A · MDCCLXXXXVIIII

ALOISIVS · MARSILIVS · VII · VIR · MVNICIP ·

CVM · HERSILIA · ROSSIA

CONIVGE

FILIOLIS · DVLCISSIMIS

P ·

INLATIS · CINERIBVS · EX · AEDE

QVAE · FVIT · S · IACOBI · GENTIS · LEGNANIAE

VTI · ET · IN · POSTERVM

RELIGIOSA · EOS · TERRA · CONTEGAT

# EPITAPHIA PVELLARVM

(I)

☧

HIERONYMAE · BADINIAE
INFANTVLAE · VENVSTAE
BLANDE · ADRIDENTI
IOANNES · BAPTISTA · BADINIVS
ET · ANNA · CACCIARIA
FECERVNT · FILIAE · DVLCISSIMAE
QVAE · NATA · ANNVM · VNVM
DECESSIT · NATALI · SVO
POSTRID · ID · IVL · A · MDCCCII

(II)

HIERONYMA · BADINIA
QVAE · INTER · CETERAS · PVELLAS
DICOR · FVISSE · SCITVLA · FORMOSA
ABREPTA · IN · BIMATV
POSTRID · NON · IVN · A · MDCCCIIII
HEIC · ADQVIESCO
AD · SEPVLCRVM · SORORIS
VBI · ME · CONDITAM · VOLVERVNT
PARENTES · AMANTISSIMI

( III )

AVE · DVLCIS · MARIANNA
HEV · QVAM · DOLENTEM · LIQVISTI
GERTRVDEM · MASSAM
MATREM · TVAM · NEC · IAM · MATREM
QVAE · TE · PRIMIGENAM · VIX · HABVIT
MENSEM · VNVM · DIES · VIGINTI · TRES
HEIC · FLORIBVS · SPARSOS · CINERES
PATER · COLLACRVMANS
IACOBVS · PANCALDIVS · CONDIDI
VII · K · FEBR · A · MDCCCV
AVE · ITERVM · GEMMVLA · NOSTRA

( IIII )

☧ CLEMENTINAE ☧
INFANTI · MENS · VIII · DIER · XXII
ANTONIVS · ZAMBECCARIVS · EQ · MELIT ·
CVM · IVNIPERA · SAMPIERIA
VXORE
FECIT · FILIAE
QVAE · IN · SINV · MATRIS · AMANTISSIMAE
PROH · DOLOR
DEMORTVA · EST · V · ID · IVL · A · MDCCCV

(V)

☧ CLEMENTINAE ☧

PVELLAE · TRIMAE · LEPIDVLAE

CVIVS · INGENIVM · SVPRA · ANNOS · FVIT

PAVLLVS · BERTIVS · MED · ET · MAGD · MAZZONIA

POS · FILIAE

QVAE · DECESSIT · VII · ID · AVG · A · MDCCCV

(VI)

☧ LAVRAE ☧

INFANTI · DIEI · I · HORAR · X

QVAE·PYRITHEVM·MALVETIVM·AVVM·SANCTISS·

PROXIME · CONSECTATA

AD·SVPEROS·EVOLAVIT·PRID·K·MART·A·MDCCCVI

ASTORGIVS · HERCVLANVS · ET · MARIA · MALVETIA

FILIOLAE · POSVERVNT

(VII)

☧ THERESIA ☧

VIRGVNCVLA·ANNOR·X·FLOSCVLVS·PVELLARVM

H · S · E ·

SOLERTIA · SVPRA · AETATEM · ENITVIT

SVOS · OMNES · MIRE · ADAMAVIT

OBIIT · V · ID · OCT · A · MDCCCVI

HEV · PARENTES · MISERI

IACOBVS · CESARIVS · ET · ROSA · CELLA

QVI·FILIAM·RARISSIMAM·AMISIMVS

(VIII)

☧ CAROLOTTA · BADINIA ☧

INFANS · SEMESTRIS

HIC · SITA · SVM

IOSEPHVS·BADINIVS·ET·ANNA·CASANOVA

PARENTES

CINERIBVS · MEIS · FECERVNT

A · D · VII · ID · DEC · A · MDCCCVI

(VIIII)

MARIAE · MARTINELLIAE

INFANTI · MENSIVM · VIII · DIERVM · XX

QVAE·RAPTA·EST·POSTRID·N·FEBR·A·MDCCCVII

CAESAR · MARTINELLIVS

CVM · GERTRVDE · CALZOLARIA · CONIVGE

FECIT · FILIOLAE · DELICIO

(X)

☧ DOMINICAE ☧

PVELLAE · DVLCISSIMAE

ANTONIVS · MARIA · COSTETTVS

ET · GERTRVDE · LODIA · VXOR

MOERENTES · POSVERVNT · FILIOLAE

OCELLO · SVO

QVAE · VIXIT · A · V · M · VIII · D · III

OBIIT · IDIB · MARTIIS · A · MDCCCVII

(XI)

☧

ELISABETHAE · OSTIAE
ANNOR · VII · MENS · VIIII · DIER · II
SOLERTI · INGENIOSAE · OBSEQVENTI
QVAE · PVELLARI · INDVSTRIA
EX · PVTEO · AQVAM · HAVRIENS
SVBITO · CASV · PERIIT
XII · KAL · SEPTEMBR · A · MDCCCVII
CAIETANVS · OSTIVS
FILIAE · DESIDERATISSIMAE
CVM · LACRIMIS

(XII)

☧ FAVSTINAE ☧
INFANTVLAE · DIER · III
QVAE · RAPTA · EST · VII · K · NOVEMBR ·
A · MDCCCVII
FRANCISCVS · LANDIVS
CVM · ELEONORA · GARDINIA
CONIVGE
FILIAE · POSVIT
AVE · LVX · NOSTRA · ET · VALE

(XIII)

CLAVDIAE · LVDOVICI · F · GOTTIAE
PVELLAE · ANNOR · V · M · III · D · XII
CVIVS · INGENIVM · AD · PRAECEPTA · CAPIENDA
APPRIME · DOCILE
AD · AERVMNAS · EGENORVM · MISERANDAS
PROMPTISSIMVM
ANNOS · EXCEDEBAT
ABREPTA · EST · IIII · KAL · APR · A · MDCCCVIII
THERESIA · GNVDIA
FILIAE · BLANDVLAE · FESTIVAE
GERTRVDE · PIVS · IOS · CLEMENS · FRANCISCVS
SORORCVLAE · SVAVISSIMAE · FECERVNT

(XIIII)

AVE · AVE · IOSEPHILLA · ET · VALE
IOSEPHVS · GNVDIVS
ET · ANGELA · LANDVZZIA
FECIMVS · FILIAE · VENVSTVLAE
CORCVLO · NOSTRO
QVAE · RAPTA · EST · V · ID · IVLIAS
A · MDCCCVIII
NATA · MENSES · XI · DIES · X

(XV)

A ☧ Ω

MARIAE · ANNAE · GHEDINIAE
INFANTVLAE · DIER · XV
PETRVS · FRANCISCVS · GHEDINIVS
CVM · CAIETANA · CINTIA
FILIAE · PRIMIGENAE
OPTATISSIMAE
QVAE · DECESSIT · VII · K · SEPT ·
ANNO · MDCCCVIII

# EPITAPHIA SACRICOLARVM

(I)

☧ HEIC · SITVS · EST ☧

CAROLVS · FABRIVS

CVRIO · AD · S · ISAIAE

COOPTATVS · IN · COLL · THEOLOGORVM

HIC · TVRRIM · AEDIS · EXSTRVXIT

DOMVM · CVRIONIS · AMPLIAVIT

PIETATEM · DOCTRINA · EXEMPLIS · ADSERVIT

PATER · PAVPERVM · APPELLATVS · EST

VIXIT · A · LIIII · M · I · D · XVIIII

OBIIT · PRID · KAL · SEXT · A · MDCCCI

(II)

ARCHANGELO · FERRATINIO

CANONICO · RHENANO

COOPTATO · IN · COLL · THEOLOGORVM

ABBATI · MAXIMO · ORDINIS · SVI

HONORE · PRAEFECTVRAE

SANCTE · ET · IN · EXEMPLVM · PERFVNCTO

CANONICI · ORDINIS · EIVSDEM

FEC · ANTISTITI · OPTIMO · DESIDERATISSIMO

QVI · VIXIT · A · LXVIII

DECESSIT · VII · ID · OCT · A · MDCCCI

(III)

HIC · IACET

IOANNES · BERGONZONIVS

ADLECTVS · INTER · FRATRES · FRANCISCAL · ATRAT·

COENOBII · QVOD · FVIT · AD · SANCTI · FRANCISCI

MVNERIBVS · GRAVISS · ORDINIS · SVI · FVNCTVS · EST

PHILOSOPHIAM·ET·THEOLOGIAM · PVBLICE · DOCVIT

INGENIO · ACRI · ELEGANTIQVE · PRAESTITIT

MODESTIA·ET·CANDORE · ANIMI · CARVS·OMNIB·FVIT

NATVS · A · LXVIII · OBIIT · XI · K · FEBR · A · MDCCCII

(IIII)

☧ HIC · SITVS · EST ☧

FRANCISCVS · XAVERIVS · IDIAQVEZ

DOMO · POMPELOPOLI

QVI·ORTVS·ANTIQVIS·REGIB·FRANCIAE·ET·NAVARR·

DVCIS·GRANATENSIVM·PATRIS·SVI·IVRIB·AMPLISS·

ET · HONORIBVS · HISPANIARVM · MAXIMIS

ABDICATIS

SOCIETATI · IESV · NOMEN · DEDIT

VIR · PIETATE · ET · DOCTRINA · EXIMIA

CARITATE·IN·SODALES·EXSVLES·COMMEMORABILI

VIX·A·LXX·M·VI·D·VI·OB·K·SEPT·A·MDCCLXXXX

CINERIBVS · INLATIS · K · SEPT · A · MDCCCII

EX · AEDE · QVAE · FVIT · S · IGNATII

( V )

H · S · E ·

FRANCISCVS · GALLIVS

DOMO · PLACENTIA

SACERDOS · SOCIETATIS · IESV

QVA · DISSOLVTA

PRISTINAM · VITAE · RATIONEM

QVOAD · LICVIT · SEQVVTVS

CARITATE · IN · OMNES · SINGVLARI · INFLAMMATVS

NVMQVAM · SIBI · SEMPER · ALIIS · VIXIT

DECESSIT · XIIII · K · IAN · A · MDCCCII

NATVS · ANN · LXXV

( VI )

CINERIBVS

ALBERTI · FORTIS

DOMO · PATAVIO

PRAEF · BIBLIOTHECAE · ARCHIGYMNASII

AB · ACTIS · INSTITVTI · ITALICI

PHYSIOGRAPHI · DISERTISSIMI

QVI · VIXIT · A · LXII

OBIIT · XII · KAL · NOVEMBR · A · MDCCCIII

SOPHIA · SELLIER

HERES

FACIEND · CVRAVIT

(VII)

☧ VALERIO · TESEIO ☧

SACERD · PHONASCO · BASILICAE · PETRONIANAE

MAGISTRO · PHILARMONICO

QVI · SCIENTIAM · MVSICES · SINGVLAREM

MAGNAE · PIETATI · CONSOCIAVIT

VIXIT · A · LV · OBIIT · IIII · K · NOV · A · MDCCCIIII

ALOISIVS · ET · ANGELVS · SAC ·

FRATRI · BENE · MERENTI

(VIII)

H · S · E ·

FABIVS · GVIDOTTVS · MEZZAVACCA

ADEPTVS · LAVREAM · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS

IN · LYCEO · ROMANO

REDVX · IN · PATRIAM

ADLECTVS·INTER·CANONIC·TEMPLI·METROPOLIT·

MOX · A · CLEMENTE · XIIII · P · M ·

PRIMICERIVS · BASILICAE · PETRONIANAE

IDEMQ · ANTISTES · DOMESTICVS · DICTVS

VIR · PIVS · GRAVIS · MODESTVS

VIXIT · A · LXXV · OBIIT · VII · K · MART · A · MDCCCV

HANNIBAL · GVIDOTTVS · MEZZAVACCA

PATRVO · INDVLGENTISSIMO · F · C ·

(VIIII)

ANT · FRANCISCO · GVICCIARDINIO
ADLECTO · INTER · CANONICOS
QVI · FVERVNT · AD · MARIAE · MAIORIS
COOPTATO · IN · COLL · THEOLOGORVM
VIRO · DOCTISSIMO
QVI · STVDIO · RELIGIONIS · CONFLAGRAVIT
OPES · IN · EGENOS · EFFVDIT
VIXIT · A · LXXXIIII · OBIIT · PRID · N · MART · A · MDCCCV
FRANCISCVS · BALBIVS
SOBRINVS · ET · HERES · P ·

(X)

☧ CINERIBVS ☧
FRANCISCI · PATRITII · CRISTOFORI
EX · ORD · SERVOR · MARIAE · PERDOLENTIS
MAGISTRI · THEOL · IVDICIS · CLERICIS · PROBAND ·
QVI · CVRIAE · AD · GEORGII · MART ·
SANCTISSIME · PRAEFVIT · A · XXXVIIII
VIXIT · A · LXX · M · VI · OBIIT · XV · K · MAIAS · A · MDCCCV
PHILIPPVS · FRATRIS · F · SAC · P · C ·
CVM · HOMINIBVS · CVRIANIS
QVI · EVM · AD · SEPVLCRVM · PROSEQVVTI · SVNT
INSTAVRATO · FVNERE · ET · LAVDATIONE · EXORNAVER ·
PATREM · PAVPERVM · AMISS · IVGITER · CONQVERVNTVR

( XI )

MICHAELI · CATALANO
DOMO · FIRMO · PATRICIA · NOBILITATE
DOCTORI · THEOL · IVRISQ· SACRI · ET · CIVILIS
CANONICO·TEMPLI·METROPOLITANI·PATRIAE·SVAE
VIRO · ERVDITIONE · PRAESTANTI
EDITIS · ANTIQVITATIS · MONVMENTIS
TOTA · ITALIA · CLARO
COMITATE · ET · INTEGRITATE · MORVM
OMNIBVS · ACCEPTISSIMO
VIXIT · A · LIIII · OBIIT · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCV
HIERONYMVS · PHILIPPVS · IGNATIVS · IVLIANVS
FRATRI · PEREGRE · DEFVNCTO · F · CVM · LACRIMIS

( XII )

PAVLLO · IGNATIO · PIELLAE
COOPTATO · IN · COLL · THEOLOGORVM
CANONICO · THEOLOGO · CANONICO · THESAVRARIO
BASILICAE · PETRONIANAE
QVI · CVRIAE · LAVRENTI · MART · PRAEFVIT · A · VII
THEOLOGIAM · PVBLICE · DOCVIT
INGENIO · GRAVITATE · RELIGIONE · EXCELLVIT
VIX · A · LXXI · OBIIT · V · ID · NOV · A · MDCCCV
FRANCISCVS·ET·IOSEPHVS·ET·AVGVSTINVS
FRATRI · OPTIMO · POSVERVNT

( XIII )

A ☧ Ω

CINERIBVS

CAESARIS · CAROLI · F · CALINI

DOMO · BRIXIA · INCOLAE · BONONIENSIS

ADLECTI · INTER · PRESBYTEROS · PHILIPPIANOS

SACERDOTIS · MAXIMI · EXEMPLI

QVI

PARTHENOTROPHIVM·MARIAE·AB·ANG·SALVTATAE

A · FERD · SAMPIERIO · COLLEGA · SVO

INCHOATVM

ABSOLVIT · AVXIT

SODALITATEM · PROVIDENTIAE · CONSTITVIT

AEGROTIS · EGENIS · CALAMITOSIS · SVBLEVANDIS

NIHIL·SIBI·RELIQVI·EX·MVLTIS·OPIBVS·FECIT

LABORIBVS · CONSTANTIA · AVCTORITATE

RELIGIONEM · TVTATVS · EST

NATVS · A · LXII · M · V · D · XIIII

DECESSIT · MAGNO · CIVITATIS · MOERORE

VI · ID · APR · A · MDCCCVI

VII · VIRI · MVNICIP ·

OB · MERITA · POSVERVNT

( XIIII )

RAYMVNDO · RIALPIO · SAC ·
DOMO · ANGLESOLA · EX · CATALAVNIA
SODALI · SOCIET · IESV · QVAMDIV · EA · STETIT
DOCTORI · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS
VIRO · INGENII · CELERRIMI
QVI · THEOLOGIAM · APPRIME · CALLVIT
PHYSICAM · ET · POESIM · EXCOLVIT
PIETATEM · REBVS · OMNIBVS · ANTETVLIT
VIXIT · A · LV · OBIIT · III · N · MAIAS · A · MDCCCVI
SEBASTIANVS · TANARIVS
CVM · IVLIA · MALVASIA · CONIVGE
MOESTISSIMVS · FECIT · AMICO · OPTIMO
HOSPITI · SVAVISSIMO

( XV )

CAROLO · PICCINELLIO · CELSIO · SAC ·
QVI
COENOBIS · PARTHENOTROPHIS · VALETVDINARIS
MVLTAM · OPEM · VIVVS · TVLIT
MORIENS · PECVNIAM · LEGAVIT
VIXIT · A · LXXX · OBIIT · VI · K · QVINT · A · MDCCCVI
MARCVS · CANEDVS
CVRATOR · DOMVS · EIVS · QVI · ET · HERES
FECIT · VIRO · BENEFICENTISSIMO

( XVI )

☧ MEMORIAE ☧

BONAVENTVRAE · DALTRII

DOMO · OPPIDO · SANCTI · ARCHANGELI

INCOLAE · BONONIENSIS

SACERDOTIS

QVI · ORDINI · FRATRVM · FRANCISCALIVM · ATRATOR ·

NOMEN · DEDERAT

ORATORIS · DISERTISSIMI · POETAE · PERELEGANTIS

VIRI · INGENII · ACERRIMI

AD · INFORMANDOS · PRAECLARIS · ARTIBVS

ADOLESCENTIVM · ANIMOS

APPRIME · APTI

NATVS · A · XXXI · M · VII · D · V

FERRARIAE

QVO · VALETVDINIS · CAVSSA · CONCESSERAT

OBIIT · VII · ID · OCT · A · MDCCCVI

IOSEPHVS · DALFIVMIVS

AMICO · SVAVISSIMO · POSVIT · IN · COEMETERIO

QVOD · IS · ORATIONE · PRIMVS · EXORNAVIT

(XVII)

IOANNI · BAPTISTAE · COLOMESIO
EX · HISP · DOMO · VALENTIA
SACERDOTI
VIRO·MORVM·PROBATISS·INGENI·PRAESTANTISS·
LITTERIS · ET · DISCIPLINIS · PROPE · OMNIBVS
MIRE · EXCVLTO
CARMINIBVS · ITALICIS · SCRIBENDIS
PLVRIMAM · LAVDEM · ADEPTO
VIXIT · A · LXVI · M · X · D · XV
IN · SOC · IES · QVOAD · EA · MANSIT · AN · XVIII
DECESSIT · VII · ID IAN · A · MDCCCVII
AMICI · MOERENTES · POSVERE

(XVIII)

VINCENTIO · MARCHESINIO
MAGISTRO · DOMINICIANO
DOCTORI·ARCHIGYMN·IVDICI·CLERICIS·PROBAND·
VIRO · PIENTISSIMO
QVI · DISSOLVTO · COENOBIO
VBI · ANNOS · XXXXVII · IN · EXEMPLVM · DEGERAT
DISCIPLINAE·MORVM·TRADENDAE·DOMI·VACAVIT
VIX·A·LXXI·M·VII·OB·POSTRID·ID·MART·A·MDCCCVII
IOSEPHVS·MELCHIOR·LONGHIVS·DOCTOR·LEGVM
FECIT · ADFINI · AMANTISSIMO · B · M ·

(XVIIII)

A ☧ Ω

H · S · E ·

HANNIBAL · PHILIPPI · F ·
BANZIVS
CANONICVS · TEMPLI · METROPOLITANI
PRIMICERIVS · BASILICAE · PETRONIANAE
INTER · ANTISTITES · DOMESTICOS
A · PIO · VI · PONT · MAX ·
ADLECTVS
VIR · PIETATE · ET · PRVDENTIA
OPTIMO·CVIQVE·AEQVANDVS
QVI
EPHEBEIS · PARTHENOTROPHIIS · NOSOCOMIIS
ADCVRANDIS
MVLTAM · IMPENDIT · OPERAM
CALAMITOSOS · RECREAVIT · EREXIT
VIXIT · A · LXXVII · M · VI · D · XXVIIII
DECESSIT · PRID · ID · MAIAS
A · MDCCCVII
HENRICVS·PHILIPPVS·ANTONIVS·FRANCISCVS
FRATRIS · F · QVI · ET · HEREDES
PATRVO · BENE · MERENTISSIMO

(XX)

A ☧ Ω

HIC · SITVS · EST

FRANCISCVS · XAVERIVS · BERRIO

DOMO · LEGIONE

E · PROCERIBVS · HISPANIENSIBVS

QVI

COOPTATVS · IN · SOC · IESV

HVMANIORIBVS · ET · SEVERIORIBVS · LITTERIS

EXPLICANDIS

CONCIONIBVS · HABENDIS

SODALIBVS · IN · HISPANIA · ET · ITALIA · REGVNDIS

MAGNAM · LAVDEM · PROMERVIT

INTERITV · SOCIETATIS

ORBITATE · LVMINIS · AERVMNIS · PLVRIMIS

PERCVLSVS

FORTEM · ANIMVM · NVMQVAM · EXSVIT

AGENS · ANNVM · LXXXVIIII

OBIIT · IN · PACE · IDIBVS · MAIIS

A · MDCCCVII

(XXI)

☧ HIC · IACET ☧
ALOISIVS · CAIETANI · F · GAMBARANA
DOMO · MEDIOLANO
QVI·HONORIBVS·MAIORVM·SVOR·POSTHABITIS
SOCIETATI·PHILIPPIANAE·BONONIAE·NOMEN·DEDIT
PRAESTITIT · SANCTITATE · MORVM
ET · BENEFICENTIA · IN · EGENOS
QVOS · ET · HEREDES · EX · ASSE · INSTITVIT
VIX·A·LXXIIII·M·V·D·IIII·OB·XVI·K·IVN·A·MDCCCVII

(XXII)

H · S · E ·
RAPHAEL · FRANCISCI · F · TIBALDIVS
SACERDOS · CARTHVSIANVS
QVI · COENOBIVM · HOCCE · INCOLVIT
IDEM
FAMILIA · MONACHORVM · DISSOCIATA
TENAX · PROPOSITI
PRISTINA · SEPTA · NON · DESERVIT
SODALES · INQVILINOS
OFFICIO · OMNI · COMPLEXVS · EST
CVLTVM · TEMPLI · AVXIT
VIXIT · A · LXXVI · M · VIIII · D · XX
OBIIT · XV · CAL · IVN · A · MDCCCVII

( XXIII )

HIC · SITVS · EST
VINCENTIVS · FRANCISCI · F · LEONESIVS
SAC · A · CONFESSIONIB · VIRGG · VALLVMBROSIANAR ·
QVAE · FVER · AD · CATHARINAE · MART · VIA · MAIORI
IDEMQVE · CVRIO · AD · AEDEM · EIVS
VTROQ · MVNERE · IN · EXEMPLVM · FVNCTVS
VIR · CONSILIO · GRAVITATE · SANCTIMONIA
PRAESTANTI
MIRA · IN · EGENOS · BENIGNITATE
VIXIT · A · LXVIIII · OBIIT · XVI · K · OCT · A · MDCCCVII

( XXIIII )

☧ CINERIBVS ☧
CAROLI · PRIMODI
DOCTORIS · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS
COOPTATI · IN · COLLEGIVM · CANONICORVM
QVI · FVERVNT · AD · MARIAE · MAIORIS
VIRI · PIENTISSIMI
VIXIT · A · LXXXXII · OBIIT · V · CAL · OCT · A · MDCCCVII
FRANCISCVS · FRATRIS · N ·
POSVI · CVM · LACRIMIS
AVE · SENEX · CARISSIME · ATQ · OPTIME
TVORVM · IN · ME · BENEFACTORVM · MEMORIA
EX · ANIMO · MEO · NVMQVAM · EXCIDET

( XXV )

IOSEPHO · IACOBI · F · ZANARDIO
SACERDOTI
VIRO · INTEGERRIMO · PRVDENTISSIMO
QVI · COLLEGIO · IACOBSIANO
NAVITER · SANCTEQ · ANN · XXX · PRAEFVIT
DIALOGO · CATECHESIS · CHRISTIANAE
MIRE · VALVIT
AGENS · A · LXVII · OBIIT · X · K · FEBR · A · MDCCCVIII
CAIETANVS · ZANARDIVS · SAC ·
FRATRI · VNANIMI · F · C ·

( XXVI )

IOANNI · ANT · PEDEVILLAE
SACERDOTI
DOCTORI · PHILOSOPHO
PROBIBLIOTHECARIO · ARCHIGYMNASII
SODALI · INSTITVTI · BONONIENSIS
SODALI · GEORGOPHILO · FLORENTINO
QVI · HYDROMETRIAM · ET · REM · AGRARIAM
PVBLICE · TRADIDIT
SCRIPTIS · EDITIS · EXPLANAVIT
VIXIT · A · LXXII · OBIIT · X · CAL · MART · A · MDCCCVIII
IOSEPHVS · PEDEVILLA · DOCTOR · LEGVM · TABELLIO
FRATRI · CONCORDISSIMO · BENEMERENTI

(XXVII)

H · S · E ·
DOMINICVS · GIRRIVS
DOMO · LVCO · IN · AEMILIA
SACERDOS · VINCENTIANVS
QVI·SACRIS·MISSIONIB·EXEMPLIS·AVCTORITATE
PASSIM · PER · ITALIAM
CHRISTIANAE · VIRTVTIS · STVDIVM · EXCITAVIT
SODALIBVS · SVIS · INDVSTRIE · SANCTEQ ·
ANNOS · XII · BONONIAE · PRAEFVIT
VIR · SAPIENS · COMIS · BENEFICVS
VIX · A · LXI · OBIIT · XVI · K · APR · A · MDCCCVIII

(XXVIII)

PAVLLO·ANTONIO·FERDINANDI·F·BARTOLO
COOPT · INTER · FRATR·FRANCISCALES · TERTIANOS
QVI · FVER · AD · MARIAE · VIA · FELICIAN ·
MAGISTRO·THEOLOGIAE·MODERATORI·STVDIORVM
HONORE·PRAEFECTVRAE·COENOBIOR·PLVRIVM
IN · EXEMPLVM · FVNCTO
CONCIONATORI · GRAVI · COPIOSO
SALVTIS·SEMPITERNAE·HOMINVM·STVDIOSISSIMO
VIX·A·LIIII·OBIIT·XVII·K·NOV·A·MDCCCVIII
PETRVS · BARTOLVS · CVM · FILIIS · QVATVOR
P · FRATRI · PIENTISSIMO · B · M ·

(XXVIIII)

☧ HIC · SITVS · EST ☧

CAROLVS·SEBASTIANVS·ALBERGHINIVS

DOMO · CENTO

DOCTOR · THEOLOGVS

MAGISTER · PHILOSOPHIAE

COOPTATVS·IN·COLL·CANONICOR·SANCTI·BLASII

PRAEF · ADMISSIS · POENITENTIVM · EXPIANDIS

VICE · SACRA · CARD · ARCHIEPISCOPI · N ·

IN · PATRIA · FVNCTVS

AB · EOD · VIRGINIB · DEO · DEVOTIS

PRAEPOSITVS

DITIONI · MASSVMATICI · ET · POGGETTI·REGVNDAE

DATVS

VIR · SCIENTISS · INTEGERRIMVS · RELIGIOSISS ·

QVI

MVNERA · OMNIA · SANCTE · OBIVIT

MISERORVM · AERVMNAS · SVBLEVAVIT

SVOS · MIRA · PIETATE · DILEXIT

VIXIT · A · LXXX · M · XI · D · XVIII

DECESSIT · X · CAL · NOV · ANN · MDCCCVIII

FRATRIS · FILII · SEX

PATRVO · OPTIMO · BENEMERENTISSIMO

F · C ·

(XXX)

A ☧ Ω

CAROLO · CAIETANI · F · GALVANIO

SACERDOTI

QVI · SALVTARES · POPVLO · CONCIONES · HABVIT

SACRI · CANTVS · PERITIA · PRAESTITIT

SODALES · POETICIS · LEPORIBVS · HILARAVIT

VIXIT · A · LXIIII · M · XI · D · XVII

OBIIT · V · KAL · NOV · A · MDCCCVIII

AMICI · POSVER ·

# EPITAPHIA
## VIRGINVM DEO DEVOTARVM

---

( I )

LAVRAE · MONDINIAE
VIRGINI · LATERANENSI
CAROLVS · FRATER
QVI · SOROREM · CARISSIMAM
DISSOLVTO · COENOBIO · EIVS
POST · ANN · LXII · AD · SE · REDVCEM
LVBENTISSIME · RECEPIT
AMISSAM · DOLVIT · VEL · OCTOGENARIAM
VIIII · K · APR · A · MDCCCII

( II )

IMELDAE · LAMBERTINIAE
BENEDICTI · XIIII · PONT · MAX ·
FRATRIS · FILIAE
VIRGINI · DOMINICIANAE
QVAE · COENOBIVM · AD · MARIAE · NOVAE
SEXENNIS · INGRESSA
OCTOGENARIA · CVM · SORORIBVS · INDE · AMOTA · EST
INNOCENTIA · AD · EXTREMVM · VITAE · ENITVIT
VIX · A · LXXXIIII · OBIIT · III · ID · OCT · A · MDCCCII
IOANNES · LAMBERTINIVS
AMITAE · SANCTISSIMAE · F · C ·

(III)

A ☧ Ω

ROMVALDAE · GVIDALOTTAE

VIRGINI · CAMALDVLENSI

COENOBI·QVOD·FVIT·AD·CHRISTINAE·VIRG·MART·

HONORE · PRAEFECTVRAE

BIS · IN · EXEMPLVM · ADMINISTRATO

VIXIT · A · LXXX · M · V · D · II

OBIIT · A · D · III · K · NOV · ANN · MDCCCII

FRANCISCVS · GVIDALOTTVS

QVI · ET · FRANCHINIVS

SORORI · PIENTISSIMAE

P ·

(IIII)

☧ HIC · IACET ☧

FRANCISCA · MONTIGNANIA

VIRGO · CLARANA

COENOBII · S · CATHARINAE · VIGRIAE

QVAE · ACCESSV · IPSO · AD · EPVLVM · MYSTICVM

APOPLEXI · CORREPTA

ANNIS · LV · SANCTISSIME · EXACTIS

DECESSIT · IIII · NONAS · MARTIAS

A · MDCCCIIII

( V )

☧

MARIANNAE · GALLAE
ADLECTAE · INTER · VIRGG · DOMINICIANAS
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · IOANNIS · BAPT ·
VIXIT · A · XXXXV
IRRVENTE · CVRRV · ICTA · X · K · SEPT ·
PAVLLO·POST·ANIMO·IMPERTVRBATO·OCCVBVIT
A · MDCCCIIII
CATHARINA · MATER · ET · ELEONORA · SOROR
POSVER ·

( VI )

FIDELI · MARIAE · FRONTORIAE
VIRGINI · DOMINICIANAE
HAEC · PRAEFVIT · COENOBIO · QVOD · FVIT
AD · IOANNIS · BAPTISTAE · EXCELLVIT
PIETATE · CANDORE · ANIMI · CONSTANTIA · IN
ADVERSIS · VIXIT · AN · LXXII · M · VI · CVM
SORORIBVS · AN · LIII · REDVX · AD
SVOS · AN · VII · OBIIT · XII · KAL · FEBR ·
ANNO · MDCCCV
PIANDRINI · FRATRES · POSVERE
MATERTERAE · CARISSIMAE

(VII)

☧ HIC · SITA · EST ☧

CLARA · CECCHINIA · AMATIA

VIRGO · CLARANA

EX · COENOBIO

QVOD · FVIT · AD · NABORIS · ET · FELICIS · MARTT·

EXCELLENS · INGENIO · ET · MEMORIA

SERVANTISSIMA · DISCIPLINAE

CONSILIO · SORORIBVS · PRAESTO · FVIT

OBLATOS · HONORES · SEMPER · ABNVIT

VIXIT · A · LXIII · D · XIIII

OBIIT · XIII · K · IVN · A · MDCCCV

PETRVS . PHILIPPVS · ZANNELLIVS

MATERTERAE · OPTIMAE · F · C ·

(VIII)

☧ HIC · IACET ☧

ANNA · PIA · GHISLERIA

VIRGO · DOMINICIANA

COENOBI · QVOD · FVIT · AD · S · MARIAE · NOVAE

CVIVS · REM · NITIDE · ET · IN · EXEMPLVM · CVRAVIT

EO · SVBLATO

SORORES · EMISSAS

DOMI · QVAS · POTVIT · RECEPIT · ALVIT

VIXIT · A · LXII · OBIIT · IDIB · OCT · A · MDCCCV

(VIIII)

A ☧ Ω

HIC · SITA · EST
THERESIA · CAMILLA · GVIDONIS · ASCANII · F ·
VRSIA
COOPTATA · IN · VIRGG · DOMINICIANAS
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · PETRI · MART ·
ELEGANS · NACTA · EST · INGENIVM
MEMORABILI · ENITVIT · PIETATE
VIXIT · A · LXXXIII · M · VIII
OBIIT · III · KAL · APRILES · A · MDCCCVI

(X)

☧ HIC · REQVIESCIT ☧
HIERONYMA · PANCOTTIA
VIRGO · CLARANA
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · NABORIS · ET · FEL · MARTT ·
HONORE · PRAEFECTVRAE
ANNOS · XII · NAVITER · SANCTEQ · PERFVNCTA
ACCEPTISSIMA · SORORIBVS
PATIENS · BENIGNA · STVDIOSISSIMA · PAVPERTATIS
VIXIT · A · LXXVII · M · VIII
OBIIT · POSTRID · NON · NOVEMBR ·
A · M · DCCC · VII

(XI)

H · S · E ·
MARIA · DIOMIRA · SAVOIA
VIRGO · CLARANA
COENOBI · QVOD · FVIT · IN · OPPIDO · PLEBIS · CENTI
HAEC · A · PRIMA · AETATE
IN · SACRAMENTVM · AVG ·
MIRIFICO · AMORE · INFLAMMATA · EST
INNOCENS · FRVGI · VERECVNDA
BENIGNISSIMA · IN · EGENOS
VIXIT · A · XXXXVII · D · XVI
DIVTINO · ABSVMPTA · MORBO
PATIENTIAM · AD · SVPREMAM · DIEM · NON · DIMISIT
OBIIT · IN · PACE · V · ID · DEC · A · MDCCCVII

(XII)

MARIAE · ANTONII · F · MORESCHIAE
SORORI · VRSVLANAE
QVAE · POST · ANNOS · LXXII · INNOCENTER · ACTOS
MORTEM · OBIIT · VITAE · CONSENTANEAM
III · NON · FEBR · A · MDCCCVIII
MORESCHI · FRATRES
ANTONIVS · PETRVS · ALOISIVS · CAESAR
AMITAE · RELIGIOSISSIMAE
POSVER ·

( XIII )

MARIAE · MAGD · FVLVII · F · BENTIVOLAE
VIRGINI · BENEDICTINAE
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · S · MARGARITAE
PVDORE · ET · INNOCENTIA
A · PARVVLA · FLORVIT
SOLITVDINEM · ET · RECESSVM
VEL · EXTRA · SEPTA · IN · DELICIIS · HABVIT
VIXIT · A · LXXVII · OBIIT · K · APR · A · MDCCCVIII
PHILIPPVS · BENTIVOLVS · VII · VIR · MVNICIP ·
AMITAE · PIENTISSIMAE

( XIIII )

CAIETANAE · BAVOSIAE
VIRGINI · DOMINICIANAE
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · IOANNIS · BAPT ·
MAGISTRAE · SORORVM · NOVICIAR ·
CVRATRICI · PECVNIAE · DOMVS
QVAE · VIRTVTEM · PERFECTAM
VIVENS · ADSIDVE · SECTATA · EST
MORIENS · EXITV · SANCTISSIMO · COMPROBAVIT
OBIIT · PRID · NON · MAIAS · A · MDCCCVIII
NATA · ANNOS · LXXXIII
ALOISIVS · LANDIVS · SAC ·
PIETATIS · CAVSSA

(XV)

☧ HIC · SITA · EST ☧

FRANCISCA · RANVZZIA

VIRGO · CARMELITA · TERTIANA

COENOBI · AD · S · MARIAE · MAGD · PACTIAE

CVI

HONOREM · PRAEFECTVRAE · SEMEL · DELATVM

COLLEGIVM · SORORVM

SINGVLIS · TRIENNIIS · AD · EXTREMVM · VITAE

PROROGAVIT

PROPTER · SINGVLAREM · PRVDENTIAM

ET · SANCTIMONIAM · EIVS

VIXIT · A · LXI

OBIIT · VII · K · IVN A · MDCCCVIII

# EPITAPHIA POETICA

(I)

A ☧ Ω

ANTONIO · IACOBI · F · BARONIO
MAGDALENA · LENZIA
FECIT · FILIO · SEXENNI · CARISSIMO
QVI · OBIIT · V · KAL · IVL · A · MDCCCV

NONNE·SATIS·FVERAM·INFELIX·ORBATA·MARITO
HEV·RELIQVVS·MEA·SPES·FILIVS·ABRIPITVR

(II)

GVLIELMO · SENNIO
DOMO · ROMA
QVI · VIXIT · A · XVIII · M · V · D · XIIII
OBIIT · VI · ID · IAN · A · MDCCCVI
IOSEPHVS · SENNIVS
ET · ELISABETHA · WOOLETT
FILIO · DVLCISSIMO

TE·VIRTVTE·SENEM·RAPVIT·FLORENTIBVS·ANNIS
CLARA·TIBI·AT·NOBIS·HEV·NIMIS·ATRA·DIES

(III)

MARIANNAE · PETRI · F · SCOTTIAE
DOMO · COTONEO · EX · PROV · LAVDENSI
QVAE · VIXIT · A · XXII · MECVM · M · I · D · XVIII
OBIIT · IDIB · IAN · A · MDCCCVI
FRANCISCVS · PALAZZIVS
MEDICVS · CHIRVRGVS
FECI · MARITVS · INFELICISSIMVS

HEV · QVID · TE · MECVM · IVNGI · CARISSIMA · RERVM
INTERERAT · QVANDO · TAM · SVBITO · ABRIPERIS
AT · TV · SIDEREA · FELIX · IAM · SEDE · RECEPTA
SOLATVRA · VIRVM · DVLCIS · IMAGO · VENI

(IIII)

☧ IACOBO ☧
INFANTI · MENSIS · VNIVS
QVI · RAPTVS · EST · XI · K · APR · A · MDCCCVI
ANGELVS · BERSANVS
CVM · THERESIA · TRIACHINIA · CONIVGE
FILIO · DESIDERATISSIMO

CANDIDVS · IMMITI · CEV · FLOS · SVCCISVS · ARATRO
OCCIDIT · AT · TRISTES · HINC · ABEANT · LACRIMAE
PVLCHER · MATERNA · INFANS · QVI · MODO · PRODIIT · ALVO
NVNC · SVPERVM · DOMIBVS · PVLCRIOR · ILLE · NITET

( V )

VIRGINIAE · ROSASPINAE
ANNOR · VII
PVELLAE · MELLITISSIMAE
QVAE · DECESSIT · V · KAL · APR · A · MDCCCVI
FRANCISCVS · ROSASPINA · CVM · MARIA · LOTTIA
FILIAE · POSVIT

QVO · TE · NATA · RAPIS · ME · QVID · MATREMQVE · RELINQVIS
ATQVI · TV · MATRIS · NVMQVAM · ABERAS · LATERE
CVI · MISERAM · DVM · LECTVS · HABET · LENIRE · DOLORES
BLANDITIIS · POTERAS · DVLCIBVS · VNA · TVIS
FVNERA · NVNC · AGITAT · SOLVM · TE · DVMQVE · SEQVATVR
NON · DVBITET · CARVM · DESERVISSE · VIRVM

( VI )

☧ IOSEPHAE ☧
INFANTI · MENSIVM · XI
QVAE · ABREPTA · EST · PRID · ID · IVN · A · MDCCCVI
IOSEPHVS · SPAGGIARIVS
CVM · MARIA · MARISALDIA · CONIVGE
FECIT · FILIAE · VNICAE
DELICIO

DA · VIOLAS · HOSPES · MANIBVS · DA · LILIA · PLENIS
CAELICOLAE · EXVVIAS · HEIC · PIA · CONDIT · HVMVS

(VII)

☧ KAROLO ☧

INFANTI · ANNI · VNIVS

QVI · RAPTVS · EST · VII · K · SEPT · A · MDCCCVI

IOACHIMVS · MASSA · ET · SILVIA · NOLIA

PARENTES

FILIVS · AETERNO · FELIX · DVM · REGNAT · OLYMPO

NOS · MISERI · ADSIDVIS · CONFICIMVR · LACRIMIS

(VIII)

☧

PAVLLVS · IOANNIS · ANT · F ·

ASTOLFIVS

TRIMVS · DECESSI · X · K · IAN ·

ANNO · MDCCCVI

ET·SOROR·ET·FRATER·SVPERVM·ME·AD·REGNA·VOCABANT

O · FELIX · NIMIVM · IVSSVS · ABIRE · ABII

TANGERE·SIQVA · TAMEN · POTVIT·IAM · CVRA · BEATVM

MATRIS · ME · LVCTVS · ME · TETIGITQVE · PATRIS

(VIIII)

☧ RAPHAEL ☧

INFANS · DIER · XII

DESIDERIVM · ET · DOLOR

IOANNIS · VINCENTII · TRIBOLI · DOCTORIS · LEGVM

ET · ANNAE · MICHELINIAE

PARENTVM

ABREPTVS · VIIII · K · APRILES · A · MDCCCVII

HIC · SITVS · SVM

TRISTIA · SI · MISERI · FLERVNT · MEA · FATA · PARENTES

HIS · REFERAS · FRATER · GAVDIA · NON · LACRIMAS

(X)

ELEONORAE . PILETTAE

IOANNES · CASSANVS · MED ·

FECIT · VXORI · INCOMPARABILI

QVAE · VIXIT · A · XXVIIII · M · VII · D · XVIII

IN · MATRIMONIO · EIVS · M · XVI

OBIIT · IN · PVERPERIO · III · K · IVL · A · MDCCCVII

EN · VOTI · COMPOS · CAEPI · VIX · GAVDIA · MATRIS

PRIMA · ET · IAM · CONIVX · OPTIME · IAM · MORIOR

HAVD · OMNIS · MORIOR · TAMEN · EN · PARS · MAXIMA · NOSTRI

NATA · MANET · MATREM · NATA · TIBI · REFERET

HAEC · TIBI · DELICIVM · HAEC · FVERIT · DVLCISSIMA · PATRIS

CVRA · ESTO · FELIX · DIXIT · ET · OCCVBVIT

(XI)

FRANCISCO · GHERARDENGHIO
ALOISIVS · ET · IOANNA
FILIO · CARISSIMO
QVI · ADVERSA · SEMPER · VALETVDINE
VIXIT · A · III · M · V
OBIIT · KAL · XII · SEPT · A · MDCCCVII

TEMPORA · QVI · TRISTIS · VITAE · DEDVXERIS · AEGER
NATE · VALES · TANDEM · PERPETVOQVE · VALES

(XII)

☧ GERTRVDAE ☧
INFANTI · DIER · VII · HORAR · XII
QVAE · ABREPTA · EST · V · K · SEPT · A · MDCCCVII
*ANGELVS·BERSANVS·ET·THERESIA·TRIACHINIA*
PARENTES
QVI · ET · IACOBVM · FILIOLVM
VIX · ANNVS · EST · CONDIDIMVS

NON·TE·MORS·RAPVIT·CARAM·SED·IN·ASTRA·SOROREM
TE · ACCIVIT · FRATER · CAELITIBVS · SOCIAM
AT·TV·FRATER·TVQVE·SOROR·MEMOR·ESTO·PARENTVM
EXCIPIAS · DONEC · NOS · QVOQVE · SIDERIBVS

(XIII)

ANNAE · MONTANARIAE
FEMINAE · PIAE · PVDICAE
CANDORE · INCOMPARABILI
ADFECTV·IN·MARITVM·BENIGNITATE·IN·AERVMNOSOS
NVLLI · SECVNDAE
VIX·A·XXXXII·OBIIT·IN·PACE·XV·K·OCT·A·MDCCCVII
FRANCISCVS · PIROTTVS
FECI · VXORI · MEAE · DESIDERATISSIMAE

O · CONIVX · QVANDO · ME · TACTA · CVPIDINE · CAELI
CONFECTVM · LACRIMIS · DESERVISSE · POTES
IAM·SVPERIS · MIXTAM · SALTEM · NE · OBLIVIA · NOSTRI
TE · CAPIANT · TVA · NEV · GAVDIA · MI · NOCEANT

(XIIII)

ANTONIO · FERGNANIO
SEPTENNI
QVI · RAPTVS · EST · IIII · ID · IAN · A · MDCCCVIII
CAIETANVS · ET · ROSA
PARENTES

EN·CINERI·TVMVLVM·TVMVLO·DAMVS·ALBA·LIGVSTRA
PVRPVREASQVE · ROSAS· ADDIMVS · ET · LACRIMAS
NON·ANIMAE·INFERIMVS·DEFLENDA·PIACVLA·NAM·QVID
HIS · OPVS · INSONTI · QVAE · TENET· ASTRA · ANIMAE

( XV )

A ☧ Ω

MARIANNAE · GVASTAVILLANIAE

INFANTI · DIER · VI · HORAR · XII

QVAE · LACTIS · ABSTEMIA · DECESSIT

V · ID · MARTIAS · A · MDCCCVIII

ANGELVS · MICHAEL · GVASTAVILLANIVS

ET · VIRGINIA · MERENDONIA

FILIOLAE

DVLCIA · TV · LACTIS · GNATA · VSQVE · ALIMENTA · RECVSAS

MORTALIS · VITAE · SCILICET · IMPATIENS

# NOMINA EORVM

## QVORVM EPITAPHIA

### IN SINGVLIS LIBELLI PAGINIS CONTINENTVR


A

Aguecchiae Beccadelliae Eleonorae pag. 102
Alberghinii Caroli Sebastiani 139
Albertiae Borianiae Magdalenae 85
Aldrovandae Bianchiniae Olympiadis 94
Aldrovandae e Somalea Liviae 96
Allegriae Montanariae Annae 87
Amorinii Bologninii Hieronymi 22
Angeletliae Malaspinae Theresiae 104
Antinorii Caesaris 111
Artiminiae Landiae Mariae Annae 75
Astolfii Paulli 152

B

Baciallii Angeli Michaelis 18
Baciallii Francisci 35
Badiniae Carolottae 119
Badiniae Hieronymae 116
Badiniae Hieronymae Minoris ib.
Badinii Dominici 109
Baldiae Gambarae Angelae 91
Bandierae Bussiae Theresiae 106
Bandierae Caloriae Gertrudae ib.
Bandierae Sinibaldiae Silveriae 89
Bantiae Giorgiae Birgittae 82
Banziae Bentivolae Hieronymae 102
Banzii Hannibalis 133
Banzii infantis Henrici filii 102
Baraldiae Rho Leonesiae Pomiae Annae 101
Baravellii Ioannis Baptistae 25
Barbieriae Palazziae Paullae 93
Barbierii Alexandri 55
Bargellinii Bernardini 33
Baroniae Annae 72
Baronii Antonii 149
Baronii Felicis 13
Bartoli Paulli Antonii 138
Bartolottae Mariae 77
Bartoluccii Hannibalis 61
Bartoluccii Valerii ib.
Bassanii Herculis Antonii 59
Bavosiae Caietanae 147
Beccadelliae Agucchiae Eleonorae 102
Becchetti Aloisii 43
Bellettae Pancaldiae Mariae 85
Belletti Coralupii Petri 38
Bentivolae Banziae Hieronymae 102
Bentivolae Mariae Magdalenae 147
Bergonzoniae Clotildae 68
Bergonzonii Ioannis 124
Berrio Francisci Xaverii 134
Bersanae Gertrudae 154
Bersani Iacobi 150

Berselliae Mariae 99
Bertiae Clementinae 118
Bertii Aloisii 19
Bertolotti Antonii 52
Bettinii Iosephi 46
Bianchiniae Aldrovandae Olympiadis 94
Bianconi Caroli 15
de Bianchis Pepulae Amaliae 100
Bonazziae Theresiae 98
Bondiolli Petri Antonii 57
Bondiolliae Mariae 91
Bordoniae Micheliniae Luciae 80
Borgognoniae Salinae Caeciliae 64
Borianiae Albertiae Magdalenae 85
Borianiae Martelliae Rosae ib.
Brentazolliae Gamae Candidae 89
Bruniniae Magdalenae 63
Buratti Caietani 24
Bussiae Bandierae Theresiae 106

C

Cacciarii Iosephi 17
Calini Caesaris 129
Caloriae Bandierae Gertrudae 106
Caloriae Torriae Clarae 81
Caloriae Torriae Theresiae 83
Calzolariae Chiericiae Theodorae Mariae 103
Canalli Ioannis Baptistae 56
Canevelliae Gallae Franciscae 80
Canonici Ioannis Baptistae 44
Canterzaniae Fabriae Catharinae 90
Capellii Ioannis Baptistac 37
Capelliae Fabriae Claricis 100
Cassanae Pilettae Eleonorae 153
Catalani Michaelis 128
Caturegli Caietani 43
Cavallinae Pignoniae Iuniperae 70
Cecchiniae Amatiae Clarae 144
Celſae Davidis 48
Celsii Piccinellii Caroli 130
Cesariae Theresiae 118
Checchii Caietani 53
Chiericiae Calzolariae Theodorae Mariae 103
Chiesae Caroli 28
Cimbaloniae Gualandiae Mariae 72
Cingari Iulii Caesaris 11
Cintiae Annae 81
Cocchiae Molinariae Antoniae 79
Collivae Caietani 110
Colomesii Ioannis Baptistae 132
Comaniae Fornasariae Dominicae Violantiae 107
Contiae Marulliae Ioannae 70
Contii Michaelis 39
Conventii Philippi 58
Coraiupii Ioannis Ludovici 14
Corazzae Ioannis Paulli 60
Corsiniae Solae Annae 78
Costettae Dominicae 119
Cristianiae Sibaudae Gertrudae 79
Cristofori Francisci Patritii 127
Cuppiae Mitarelliae Constantiae 67
Cuppiniae Dugliolliae Christinae Liberatae 97

D

Daltrii Bonaventurae 131
Daviae Iacobi 60
Diolaitiae Varriniae Iuliae 90
Dolfiae Rattae Mariae 76
Doninii Aloisii 12
Dugliollae Cuppiniae Christinae Liberatae 97

E

Elephantutiae Carolottae 98
Elephantutiae Ioannettae Annae 76

F

Fabriae Canterzaniae Catharinae 90
Fabriae Capelliae Claricis 100
Fabrii Caroli 123
Fabrii Iacobi 40
Favae Rossiae Legnaniae Franciscae 69
Fergnanii Antonii 155
Ferlinii Caesaris 113
Ferratinii Archangeli 123
Fiorinii Iosephi 56
Fontaniae de Paolis Rosae 80
Fontanii Pompeii 26
Fornasariae Comaniae Dominicae Violantiae 107
Fortis Alberti 125
Frontoriae Fidelis Mariae 143

G

Gallae Canevelliae Franciscae 80
Gallae Mariannae 143
Gallae Uccelliae Catharinae 74
Gallii Francisci 125
Galliziae Gianniniae Magdalenae 92
Galvanii Caroli 140
Gamae Brentazoliae Candidae 89
Gambarae Baldiae Angelae 91
Gambaranae Aloisii 135
Gandolfii Caietani 14
Gandolfii Iacobi 16
Gandolfii Odofredii Augugustini 54
Gardiniae Tonelliae Mariae 84
Gasparinii Antonii 27
Gasparinii Caroli Antonii 49
Gentilii Gasparis 44
Ghediniae Mariae Annae 122
Gherardenghii Francisci 154
Gherardiae Mathildae 69
Gherardii Francisci 34
Ghiniae Marsiliae Mariae 74
Ghisleriae Annae Piae 14
Gianniniae Galliziae Magdalenae 92
Giorgii Iosephi 34
Giorgiae Bantiae Birgittae 82
Giovanniniae de Maria Mariae Theresiae 92
Girrii Dominici 138
Giusti Antonii Tharsitii 21
Gnudiae Iosephae 121
Gottiae Annae 96
Gottiae Claudiae 121
Gottii Ludovici 26
de Gregorio Sampieriae Mariae Vincentiae 33
Gualandiae Cimbaloniae Mariae 72
Guarinii Sfortiae Andreae 30
Guastavillaniae Mariannae 156
Guastavillaniae Vacchiae Mariae 83
Guastavillanii infantis Angeli Michaelis filii ib.
Guastuzziae Montiae Rosae 95
Guicciardinii Antonii Francisci 127
Guicciolae Roverelliae Attiliae 95
Guidalottae Romualdae 142
Guidalottae Theresiae 87
Guidalotti Franchinii Francisci 41
Guidettae Rizzoliae Beatricis 73
Guidotti Mezzavaccae Fabii 126
Guidotti Vincentii 109
Guiducciae Rosiniae Aloisiae 88

H

Herculanae Laurae 118

I

Idiaquez Francisci Xaverii 124

Ioannettae Elephantutiae Annae 76
Isolaniae Rattae Eleonorae 108

L

Lambertiniae Angelae 66
Lambertiniae Imeldae 141
Lambertinii Ioannis 37
Landiae Artiminiae Mariae Annae 75
Landiae Faustinae 120
Landii Caesaris 113
Legnaniae Rossiae Favae Franciscae 69
Lei Caietani 111
Leonesiae Rho Baraldiae Pomiae Annae 101
Leonesii Vincentii 136
Liberalii Petri 42
Lodii Caietani 27
Lolliae Mazzoniae Catharinae 78
Lottiae Rosaspinae Mariae 104
Lucarellii Dominici 51
Ludovisiae Zanottae Catharinae 97

M

Magnaniae Ziniae Annae 62
Magnanii Petronii ib.
Magriae Pilatae Annae 101
Malaspinae Angeleliiae Theresiae 104
Maldinii Marci 32
Malferrariae Storniae Felicitatis 96
Malvetiae Rattae Penelopes 105
Malvetii Camilli 50
Malvetii Campeggii Iacobi 39
Malvetii Lupari Pyrithei 36
Mancinellii Britii 31
Mancurtii de Carretto Dominici 10
Mandinii Dominici 54
Mandinii Onuphrii 49
Manfredinii Francisci 31
Manfredinii Ioannis Baptistae 112
Marchesinii Vincentii 132
Marchettae Rossiae Angelae 67
Marescalchiae Poliae Mariae 66
de Maria Giovanniniae Mariae Theresiae 92
Marsiliae Ghiniae Mariae 74
Marsilii Alexandri 115
Marsilii Philippi ib.
Marsilii Antonii 51
Marteliae Borlaniae Rosae 85
Martinelliae Mariae 119
Martinellii Vincentii 42
Marulliae Contiae Ioannae 70
Massae Karoli 152
Massae Laurentii 29
Mazzoniae Lolliae Catharinae 78
Mazzonii Aloisii 12
Melliniae Garaniae Iuniperae 89
Micheliniae Bordoniae Luciae 80
Mignaniae Montiae Lucretiae 103
Mignanii Camilli 110
Mignanii Ioannis Dominici 59
Mischiati Iosephi 24
Mitarelliae Cuppiae Constantiae 67
Molinariae Cocchiae Antoniae 79
Mondiniae Laurae 141
Mondiniae Zamboniniae Barbarae 68
Mondinii Caroli 23
Montanariae Allegriae Annae 87
Montanariae Pirottae Annae 155
Montiae Guastuzziae Rosae 95
Montiae Mignaniae Lucretiae 103

Montiae Morelliae Seraphinae 86
Montignaniae Franciscae 142
Montii Bendinii Francisci 25
Montii Caesaris 21
Morandiae Riguzziae Mariannae 106
Morelliae Montiae Seraphinae 86
Morelliae Triachiniae Lubinae 63
Moreschiae Caietanae 65
Moreschiae Mariae 146
Moreschii Petri 109
Muzziolae Negriae Mariae 65

N

Nanninii Petronii 38
Negriae Muzziolae Mariae 65
Nicolii Andreae Eligii 46
Notariae Rasoriae Theresiae 73

O

Olmedae Michaelinae 69
Ondedei Roberti 13
Ostiae Elisabethae 120
Ostiae Tagliaviniae Birgittae 66
Ostiae Tagliaviniae Theresiae 71
Ostii Iosephi 28
Ostii Petri 114

P

Palazziae Barbieriae Paullae 93
Palazziae Scottiae Mariannae 150
Pancaldiae Bellettae Mariae 85
Pancaldiae Mariannae 117
Pancottiae Hieronymae 145
de Paolis Aloisii 32
de Paolis Fontaniae Rosae 80
Paracchiae Triachiniae Mariae Magdalenae 84
Pedevillae Ioannis Antonii 137
Pedrettae Vaccariae Lucretiae 94
Peliae Angelae Mariae 86
Pellegretti Dominici 52
Pepulae de Blanchis Amaliae 100
Pepuli Eduardi 11
Pesci Iosephi 112
Pianae Ioannis Peregrini 45
Piellae Paulli Ignatii 128
Pignoniae Cavallinae Iuniperae 70
Pilatae Magriae Annae 101
Pilettae Cassanae Eleonorae 153
Pirottae Montanariae Annae 155
Pistorinii Iosephi 47
Poliae Marescalchiae Mariae 66
Pomiae Rho Leonesiae Baraldiae Annae 101
Primodi Caroli 136
Priniae Ranutiae Laviniae 85
Puggioliae Annae 79

R

Radisiniae infantulae Camilli filiae 41
Radisinii Laurentii ib.
Rampionesiae Catharinae 78
Ranutiae Priniae Laviniae 85
Ranutii Petri 10
Ranuzziae Franciscae 148
Rasoriae Notariae Theresiae 73
Rattae Aloisii 20
Rattae Benedicti 114
Rattae Dolfiae Mariae 76
Rattae Isolaniae Eleonorae 108
Rattae Ludovici 110
Rattae Malvetiae Penelopes 105
Rattae Rosae 114

Rho Leonesiae Baraldiae Pomiae Annae 101
Rialpii Raymundi 130
Riguzziae Morandiae Mariannae 106
Rinierii Aloisii 16
Rivierae Tharsitii 9
Rizzoliae Guidettae Beatricis 73
Romagnoliae Iosephae 64
Romagnoliae Tesiae Elisabethae 75
Rosaspinae Lottiae Mariae 104
Rosaspinae Virginiae 151
Rosiniae Guiducciae Aloisiae 88
Rosinii Francisci ib.
Rossiae Favae Legnaniae Franciscae 69
Rossiae Marchettae Angelae 67
Rossiae Spinelliae Angelae 73
Roverelliae Gulcciolae Artiliae 95
Roversii Ubaldi 23
Rusconiae Sanziae Mariae Eleonorae 77
Ruvinettae Annae Mariae 107

S

Salarolii Ioannis Francisci 53
Salinae Borgognoniae Caeciliae 64
Sampieriae de Gregorio Mariae Vincentiae 33
Sampierii Aloisii ib.
Sanziae Rusconiae Mariae Eleonorae 77
Sartii Iosephi 9
Saviniae Rosae 71
Saviniae Theresiae 67
Saviolii Ludovici 30
Savoiae Mariae Diomirae 146
Savoriniae Annae 82
Scottiae Palazziae Mariannae 150
Sennii Gulielmi 149
Sibaudae Cristianiae Gertrudae 79
Sinibaldiae Bandierae Silveriae 89
Solae Corsiniae Annae 78
e Somalea Aldrovandae Liviae 96
Spaggiariae Iosephae 151
Spinelliae Rossiae Angelae 73
Stellae Zambeccariae Laurae 72
Storniae Malferrariae Felicitatis 96

T

Tagliaviniae Ostiae Birgittae 66
Tagliaviniae Ostiae Theresiae 71
Terzii Caietani 50
Teseii Valerii 126
Tesiae Romagnoliae Elisabethae 75
Tibaldii Raphaelis 135
Tombae Laurentii 34
Tonelliae Gardiniae Mariae 84
Tortiae Caloriae Clarae 81
Torriae Caloriae Theresiae 83
Trebbii Angeli 47
Triachiniae Morelliae Lubinae 63
Triachiniae Paracchiae Mariae Magdalenae 84
Triboli Raphaelis 153

V

Vaccariae Pedrettae Lucretiae 94
Vacchiae Guastavillaniae Mariae 83
Valentiniae Claudiae 105
Varriniae Diolaitiae Iuliae 90
Uccelliae Gallae Catharinae 74
Venturoliae Angelae ib.
Venturolii Christophori 35

Venturolii Dominici ib.
Venturolii Vincentii 40
Viaggii Aloisii 29
Viscardii Ignatii 32
Vitalii Antonii 20
Ungarellii Francisci Antonii 15
Ursiae Theresiae Camillae 145

Z

Zambeccariae Clementinae 117
Zambeccariae Stellae Laurae 72
Zambeccarii Caroli 45
Zamboniniae Mondiniae Barbarae 68
Zanardii Iosephi 137
Zanottae Ludovisiae Catharinae 97
Zanotti Cavazzonii Aloisii 48
Ziniae Magnaniae Annae 62

# SPECIMEN

## ALTERVM

# INSCRIPTIONVM

## COEMETERII

## BONONIENSIS



BONONIAE

EX TYPOGRAPHIA IOSEPHI LVCCHESINII

A. MDCCCXV